

**CHRISTUS IN OECONOMIA SALUTIS
SECUNDUM SANCTUM IOANNEM A CRUCE**

SUMMARIUM. * Adumbratio thematis — minime inquisitio completa — ita perficitur, ut legens, mentem Doctoris Mystici assequens, simul prae manibus habeat eiusdem litteram. Hinc frequentes allegationes, quandoque protractae. Doctor Mysticus, sive de nominibus Christi agat, sive biographiam animae perfectae scribat, sive in propositum salutis a Deo ab aeterno conceptum mentem vertat, sive deprecationes ac desideria animae amantis Deum resonet eandem semper veritatem extollit: humano generi, nimirum, salutem, vitam, unionem cum Deo, cuncta bona per Christum et cum Christo et in Christo advenisse et in Ipso reposta manere, « nec enim aliud nomen (= persona) est sub coelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri » (Act. 4, 12). Christus gratiam meruit hominibus eamque ad altiores status: matrimonium spirituale his in terris beatificumque in coelo cum Christo, Ecclesiae et animarum Capite, et Sponso. Sanctificatio seu salus nihil aliud quam redemptio operata in ligno Crucis quae singulis applicata in baptisate ad modum seu gressum Dei: momento uno; postea, ad gressum hominis seu lento gradu, cui de cetero — ordinarie — Ipse Deus sese aptat, evolvitur et perficitur. Gressui regendo et illuminando comes adest Christus omnibus qui sequuntur Illum.

Carpendis fructibus salutis datae et indesinenter oblatae nulla alia via praeter unam viam crucis, quae est et via amoris, Christi vestigia prementis. Hac scala animae ad coelum scandunt Christo Sponso corona, sponsae et laetitiae. Una eminet Beatissima Virgo Maria.¹

Iam inde a limine memoratam velim Ioannis a Cruce sententiam: « ... quodlibet mysterium Christi profundissimum est in sapientia habetque plurimos sinus iudiciorum suorum occultorum praedestinationis ac praescientiae erga filios hominum [...] usque adeo, ut, licet plura mysteria et mirabilia doctores sancti detexerint et animae devotae in huiusmodi vitae statu cognoverint, adhuc tamen illis potior pars enuntianda, imo et intelligenda restitit; quare profunde vestigandum est in Christo (hay mucho que ahondar en Cristo), qui est instar fodinae abundantis plurimos thesau-

* Textus, quibusdam mutationibus inductis, refert orationem auspicaem in instauratione anni academici: 1965-1966, die 18 octobris apud Teresianum habitam (N. R.).

¹ *Sigla* quibus utemur:

S = Subida del Monte Carmelo.

N = Noche Oscura.

C = Cántico Espiritual, in redactione altera.

L = Llama de Amor viva, in redactione altera.

CA = Cántico Espiritual, in prima redactione.

LA = Llama de Amor viva, in prima redactione.

rorum sinus habentis, ubi quantumvis alte quis effodiat non invenitur finis neque terminus eorum, imo in quolibet sinu novae venae novarum divitiarum hinc et illinc reperiuntur». ²

En simul professio fidei et propriae et alienae, licet « doctae ignorantiae », confessio a quodam prolata qui « doctus est non solum discens, sed et patiens divina ». ³

Itaque ad haec metalla Christi Iesu « in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi » ⁴ damnati, praevio Doctore Mystico, laetantes insudemus.

De nominibus Christi

Aditus planior ad assequendam doctrinam Sancti circa mysterium Christi locupletissimum esset nominibus, quibus Illum designat, studere. En simplex elenchus: Christus vocatur amatus, dilectus, amicus, sponsus, redemptor, dominus, rex, caput, petra, pastor, via, veritas, vita, lux, dux, exemplar, sapientia, thesaurus Dei, frater, socius, magister, pretium, praemium, donum, mons, totum (el todo), Verbum, unicum Verbum, solum Verbum Patris, Agnus, cervus, etc., Nimis longum vel pauca de singulis dicere; animadvertere iuvabit: *a*) omnia haec nomina esse relativa, i. e. applicantur Christo in ordine ad nos, v. c.: Pastor, frater, caput, sponsus, redemptor; ideo iam ex seipsis plurimum oeconomiae salutis pandunt; *b*) inter ea dari mutuam communicationem; exemplo ex physica deprompto dixerim illa esse quasi vasa communicantia eandem realitatem homogeam, pro sua quodque forma et mensura, continentia; *c*) valere hic etiam a Sancto prolata in Cantico Spirituali de difficultate exprimendi « quid erit animae Deum facie ad faciem videre »: « omnia haec verba, inquit, perfectissime quadrant ad illud, sed illud minime declarant; quia

Numeri: praepositus S et N stat pro libris in quos Opera dividuntur. — Postpositi: prior caput, alter numerum marginalem qui in editionibus Silverio, Lucinio, Simeón, José Vicente, ut plurimum, uniformis est, designat. — Postpositi C, L, CA, LA: prior stropham seu cantum, alter numerum marginalem designat. — BMC = Biblioteca Mística Carmelitana a P. SILVERIO de Santa Teresa.

In textibus latine afferendis utimur versione: ANDREAS A IESU, O. C. D., polonus, *Opera Mystica V. ac Mystici Doctoris F. Ioannis a Cruce...*, Coloniae Agrippinae, 1629. In non paucis tamen versionem castigavimus ipsi, quo melius mentem textumque Sancti redderet.

Animadversum velim in hac adumbratione circa oeconomiam salutis pauca de Sacramentis, plura Ioannes dicit quam multi cogitant, dicimus; pauca omnino de Spiritu Sancto. De iis et de aliis omissis altera vice, materia enim immensa, ingenium et spatium breviora.

² C 37, 4.

³ PSEUDO-DIONYSIUS, *De divinis Nominibus*, c. 2, 9: MG 3, 648; cfr. S. THOMAS, 1 q. 1, a. 6, ad 3.

⁴ Col. 2, 3; cfr. 2S, 22, 6; C 2, 7; C 37, 4.

res immensae hoc habent: omnia nomina quae indicant excellentiam, sublimitatem, magnitudinem et bonum optime illis conveniunt, at nullum eorum nec omnia simul sumpta easdem explicant ». ⁵

Super omnia Christi nomina est unum illi proprium: *Iesus*. Sanctus illud solitus adhibere initio *litterarum* quasi optima quaeque adprecans: « Iesus sit in anima tua! »; ⁶ vel ita: « Iesus sit in anima tua, filia mea in Christo »; ⁷ « ... filia mea Catherina »; ⁸ vel: « Iesus sit in animabus vestris, filiae meae »; ⁹ « Iesus sit in vestra Reverentia »; ¹⁰ Amplior modus ominandi: « Pax Iesuchristi sit semper in anima tua », ¹¹ vel adhuc plenior: « Iesus sit in vestra Reverentia et faciat te adeo sanctam ac pauperem spiritu ut desideras eandemque gratiam mihi a divina maiestate impetres ». ¹² Quandoque nomen Iesu nomini Mariae sociatur, vel simpliciter: « Iesus-Maria », ¹³ vel « Iesus Maria sint in animabus vestris, filiae meae in Christo ». ¹⁴

Mirandum sane est hoc nomen sanctissimum inspirationem poeticam sancto doctori non praebuisse; nec semel apparet in ipsius poematibus; nec quidem cum de Annuntiatione loquitur. ¹⁵ Nec in poemate aliquo speciali nec in scriptis oratione soluta apposite locutus est de nomine *Iesu*, « homini Christo » proprio; ¹⁶ at, abundavit in illustrando nomine proprio Filii Dei in divinis, quod et proprium esse pergit etiam Filii Dei Incarnati, quod est *Verbum*. ¹⁷

Occasione cuiusdam dubii solvendi in medias res incidit et

⁵ C 38, 8.

⁶ In litteris ad: Ana de San Alberto, de Sevilla y junio año de 1586; Juana de Pedraza, de enero y Segovia 28 de 1589; una doncella, de Segovia y febrero [1589?]; María de Jesús, de Segovia y julio 18 de 1589; Juana de Pedraza, de Segovia y octubre 12 de 1589; Ana de Jesús, de Madrid y julio 6 de 1591; Ana de Peñalosa, de La Peñuela y agosto 19 de 1591.

⁷ In litteris ad: Leonor de San Gabriel, de Segovia y julio 8 de 89; Leonor de San Gabriel, de Madrid y julio [1590?]; Magdalena del Espíritu Santo, de Segovia y julio 28 de 1589; María de Jesús, de Madrid y junio 20 de 1590; Ana de Peñalosa, de La Peñuela y setiembre 21 de 1591.

⁸ In litteris ad: Catalina de Jesús, de Baeza y julio 6 de 1581.

⁹ In litteris ad Carmelitas Descalceatas de Beas, de Málaga y noviembre 18 de 1586.

¹⁰ In litteris ad: Leonor Bautista, de Granada a 8 de febrero de 88; Ambrosio Mariano, de Segovia y noviembre 9 de 88.

¹¹ In litteris ad quemdam religiosum carmelitam discalceatum, de Segovia y 14 de abril [1589?].

¹² In litteris ad: María de Jesús, de Segovia y junio de 1589.

¹³ In litteris ad: una carmelita descalza que padecía de escrúpulos, paulo ante festum Pentecostes, anno incerto.

¹⁴ In litteris ad: Ana de Jesús y las demás hermanas Carmelitas Descalzas del convento de Beas, de Granada a 22 de noviembre de 1587.

¹⁵ *Romances*, 8.

¹⁶ S. THOMAS, 3, q. 37, a. 2, c.

¹⁷ Cfr. S. THOMAS, 1, q. 34, a. 2: « utrum Verbum sit proprium nomen Filii ».

mentem suam aperit vehementi sermone, cap. 22, lib. 2 Ascensus Montis Carmeli. Status quaestionis a Sancto datus sic se habet: « capite praecedenti docuimus minime voluntatis esse divinae ut animae supernaturali via notitias distinctas visionum, locutionum, etc., ambient et desiderent. Alia vero ex parte in eodem capite vidimus et ex testimoniis Sacrae Scripturae ibidem allegatis collegimus huiusmodi cum Deo agendi modum sub antiquo foedere in usu fuisse ac licuisse, immo a Deo praeceptum ita ut si quando illo modo non uterentur Deus illos argueret[...]; cur igitur nunc sub lege nova et gratiae non etiam licitum erit, sicuti antea fuit? ». Dubitationi huic occurrit affatim; en summa doctrinae: a) legis scriptae tempore revelatio non erat finita et omnia quae Deus promebat in Christum venturum dirigebantur; ideo loquebatur, i. e. paulatim Deus aperiebat mysteria fidei et irascebatur cum prophetae et sacerdotes et alii mediatores Eum non interrogabant; interrogatus autem libenter respondebat; b) in lege gratiae non est cur amplius illo modo Deum interrogemus nec cur ille respondeat, iam enim fides in Christum fundata, lex evangelica promulgata, revelatio clausa est, « dando quippe nobis, sicuti dedit Filium suum, qui est unum Verbum suum, non enim aliud habet, omnia nobis hoc suo unico Verbo simul et semel locutus est, et nihil amplius habet dicendum ». ¹⁸ Hic est sensus initionis epistolae ad Hebraeos: « multifariam multisque modis olim Deus loquens patribus in prophetis: novissime, diebus istis locutus est nobis in Filio », ¹⁹ et commentatur: « en lo cual da a entender el Apóstol que Dios ha quedado como mudo y no tiene más que hablar, porque lo que hablaba antes en partes a los profetas ya lo ha hablado en el todo, dándonos al todo, que es su Hijo ». ²⁰

Inde consequentiae ineluctabiles fluunt: qui in lege gratiae vult sese gerere ac si esset adhuc in lege scripta stulte profecto agit et Deo iniuriam infert non respiciens et non attendens totaliter ad Christum, alia qualibet re vel novitate semota et Deus interrogantem carpere posset. Accusatio in ore Patris coelestis, a Doctore Mystico stilo directo posita, vehementissima est. Speciminis ergo ecce pauca: « Si omnia tibi iam locutus sum in Verbo meo, quod est Filius meus, et aliud Verbum non habeo, quid, quaeso, possum nunc respondere vel tibi revelare ultra illud? Ad Illum tantum conice oculos tuos, in Ipso siquidem universa iam

¹⁸ 2S, 22, 3.

¹⁹ Sanctus vertit ita: « Y es como si dijera: Lo que antiguamente habló Dios en los profetas a nuestros padres de muchos modos y de muchas maneras, ahora a la postre, en estos días nos lo ha hablado en el Hijo todo de una vez »: 2S, 22, 4.

²⁰ 2S, 22, 4. Qui ad lumen huius oequivalentiae (et Todo = su Hijo) interpretari voluerit versiculos Sancti ad radicem Montis Perfectionis positos et 1S, 13, 10-13 transcriptos, in quibus *nada-todo* confliguntur, doctrinae plurimum inveniet. Nec immerito!

tibi dixi cunctaque revelavi, et multo plura in Eo reperies quam ea quae petis et desideras; tu enim locutiones et revelationes partim petis, cum si ad Illum oculos attollere volueris, sis in Ipso reperturus universa. Ipse siquidem est tota mea locutio et responsio estque tota mea visio totaque mea revelatio. Quod iam locutus sum vobis, respondi, manifestavi et revelavi, Ipsum vobis in fratrem, socium et magistrum, pretium et praemium dando... »²¹ Reprehensio prosequitur et eundo non emollitur sed aggravatur. Illa via errata procedere unum et idem quodammodo est ac « iterum a me quaerere Christum et ampliora obiecta fidei et defectum in illa pati quae iam data est in Christo. Itaque gravem dilecto Filio meo iniuriam irrogaret quia non solum in illo in fide illi debita deficeret sed insuper Illum iterum ad carnem assumendam, ad vitam quam vixit iterum vivendam et ad eandem mortem perfe-rendam constringeret ». ²²

Correctio adhuc pergit et, ea finita, Sanctus instat obligationi obsequendi « legi Christi-hominis, eius Ecclesiae et ministrorum suorum humano ac visibili modo et hac via remedium ignorantibus et debilitatis nostris spiritualibus quaerere; pro omnibus enim hac via abundantem medicinam inveniemus; « y lo que de este camino saliere no sólo es curiosidad, sino mucho atrevimiento ». ²³ Linea mentis Doctoris Mystici est lucida et recta: Pater semel locutus iugiter loquitur hominibus per Christum et in Christo, Christus in Ecclesia et per Ecclesiam. ²⁴

Solutio dubii a Sancto propositi ampliori doctrinae ac rerum tractandarum perspicuitati revera maxime inservit, ut ipse sperabat; ²⁵ omnia autem quae in laudato capite et in praecedentibus tradidit facili negotio synthetice promuntur illa praegnanti sententia: « Una Palabra habló el Padre, que fué su Hijo, y ésta habla siempre en eterno silencio, y en silencio ha de ser oída del alma ». ²⁶

Biographia animae perfectae

Via nominum Christi examinandorum, methodologice loquendo, plana est et fructus doctrinalis uberrimus, ut ex paucis quae attigimus apparet. Alius accessus, qui eundem bonum exitum ha-

²¹ Postremis hisce verbis (2S, 22, 5) allusio clara habetur ad hymnum Aquinatis *ad Laudes* in Festo Corporis Christi: « se nascens dedit socium », etc.

²² 2S, 22, 5.

²³ 2S, 22, 7.

²⁴ Lex, quam Sanctus in ultima parte huius capituli 22, 9 et deinceps memorat, apprime, in quibusdam valde litteraliter, concordat cum illis quae a Leone XIII stabiliuntur in Litteris ad Card. I. Gibbons Archiepiscopum Baltimorem, quoad opiniones nonnullas quae indicantur nomine americanismi, sub die 22 mensis ianuarii 1899: A.S.S. 31 (1898-1899) 474-475.

²⁵ 2S, 22, 1.

²⁶ *Puntos de amor*, 21. Cfr. 2N, 25, 3.

bet, invenitur in consideranda salute perfecta, relative perfecta, qua fruitur anima in summo perfectionis culmine, constituta; ex hac enim sanctitate derivata assecuta penitius ingredi possumus cognitionem mysterii illius « arctissimae coniunctionis nostrae cum tam excelso Capite », ²⁷ et quo altior sanctitas altior et salus et Christi imago perfectior.

Opera maiora Doctoris Mystici: Ascensus Montis Carmeli, Nox Obscura, Canticum Spirituale, Flamma Amoris Viva sunt et biographia et codex animae christifidelis. Sunt biographia animae quae, ut ex declarationibus omnino explicitis eruitur, ²⁸ iam in altissimo perfectionis statu, in hac vita possibili, posita fortunatam sortem, qua gaudet, versibus seu cantibus quos et ipsa et Sanctus oratione soluta interpretaturi sunt, simul reserat simulque claudit.

Ille perfectionis status seu perfectior animae cum Deo unio vocatur et matrimonium spirituale inter animam et Dei Filium Sponsum contractum. Longe superat desponsationem inter easdem personas contrahentes prius initam, ²⁹ et, ut verbis Sancti utar, definitur seu describitur:

« ...totalis quaedam transformatio in Amatam, in quo fit omnimoda et mutua traditio cum integra possessione utriusque partis per quamdam consummatam amoris unionem; in quo statu anima divina effecta est et Deus per participationem, in quantum fieri potest in hac vita mortali [...]. Unde status hic altior est inter omnes ad quos in hac vita perveniri potest. Nam sicut in consummatione matrimonii carnalis sunt duo in carne una, ut divina asserit Scriptura, ³⁰ sic etiam, consummato hoc spiritali connubio inter Deum et animam, coalescunt duae naturae in unum spiritum et amorem, ut dicit divus Paulus, hac eadem comparatione utens: « Qui adhaeret Domino, unus spiritus fit cum eo ». ³¹ Paucis interiectis, pergit dicens: « ...ea coniunctio utriusque naturae fit talisque communicatio divinae cum humana ut absque ulla utriusque mutatione essentiali quaelibet Deus videatur; quamvis hoc fieri non possit perfecte in hac vita, excedit tamen id omne quod dici aut excogitari potest ». ³²

Personae huius drammatice gratiae et amoris intimissimi sunt, ut patet, anima sponsa et Christus Filius Dei vivi Sponsus. Vita

²⁷ Prus XII, *Enc. Mystici Corporis*, A.A.S. 35 (1943) 193.

²⁸ Vide S, titulum stropharum; N, annotationem immediate positam post transcriptionem cantuum: « ...el alma las dice estando ya en la perfección, que es la unión de amor con Dios »; C 1, 2-5; L, prologum, n. 4.

²⁹ C 13; L 3, 24-26.

³⁰ Gen. 2, 24.

³¹ 1 Cor. 6, 17. Cfr. 3S, 2, 8

³² C 22, 3, 5. In 2N, 20, 4, loquens de nono gradu amoris, seu de gradu perfectorum, asserit: « De los bienes y riquezas de Dios que el alma goza en este grado no se puede hablar, porque si de ello se escribiesen muchos libros, quedaría lo más por decir ».

quam vivit anima transformata non alia quam vita Christi. Ideo alibi Doctor Mysticus, Pauli Apostoli et verba et experientiam resonans, asserere audet:

« ...praeter hanc fidei adumbrationem residet in anima amantis alia delineatio amoris, quae est secundum voluntatem, in qua ita efficaciter adumbratur figura Dilecti et tam proxime et ad vivum illum exprimit, quando amoris unio intercedit, ut verum sit dicere amatum vivere in amante et vicissim amantem in amato; immo talem similitudinem facit amor in transformatione se invicem amantium ut vere pronunciari possit quemlibet esse alterum et ambos unum. Cuius rei ratio est quia in unione et transformatione amoris alter transfert in alterum possessionem sui et unusquisque se relinquit et permutat pro alio; et sic quivis ipsorum vivit in altero et unusquisque est alter et ambo unum sunt per transformationem amoris. Hoc exprimere voluit sanctus Paulus cum dixit: « Vivo autem, iam non ego; vivit vero in me Christus »³³ [...]; dum ait « vivo ego, iam non ego », significavit quod etiamsi ipse viveret, non tamen vita sua, siquidem transformatus erat in Christum, ut vita sua divina potius esset quam humana; et propterea ait non se, sed Christum in se vivere. Possumus itaque dicere, quod secundum hanc similitudinem et transformationem, vita eius et vita Christi eadem prorsus vita erat per unionem amoris; quod perfecte adimplebitur in coelesti gloria in vita divina in omnibus qui seipsos in Deo videre digni erunt; nam in Deum transformati vivent vita Dei, non sua; immo etiam vita sua, siquidem vita Dei vita ipsorum erit ». ³³ Alibi, eodem textu Apostoli ad Galatas allegato, concludit: « ...quapropter cum anima tam foelicem vitam ducat tamque gloriosam qualis est vita Dei, perpendat unusquisque, si potest, qualis haec vita erit ». ³⁴

Anima, ultimo stadio perfectionis assequuto, ardentissimo desiderio aeternae beatitudinis, ad quam vicinior est quamque prae-libat et sapit, attingendae fervet. De hoc speciatim in postremis strophis Cantici Spiritualis et in Flamma Amoris agitur. Anima perfecta patriam anhelat ad oras aeternitatis tracta et impulsiva illa aqua viva quam in Christum credens accepit quae impetu suo in vitam aeternam, qua eruperat, salit. ³⁵ Curnam omnia haec instantissime et avidius appetuntur? En una ex rationibus psychologicis: « ... hoc desiderio seu appetitu clare et pure intelligendi veritates divinas assidue stimulat anima et quo vehementius amat, eo etiam intimius penetrare cupit ». ³⁶ Sed hoc principio generali non contentus addit:

« Una ex rationibus praecipuis ob quas anima solvi desiderat et esse cum Christo ³⁷ habetur in appetitu quo laborat illum facie ad

³³ Gal. 2, 20. Cfr. L 2, 34.

³⁴ C 22, 6.

³⁵ Cfr. Io. 7, 38; 4, 14.

³⁶ C 36, 9.

³⁷ Phil. 1, 23.

faciem videndi et illic radicitus (de raíz) intelligendi altas vias et mysteria aeterna Incarnationis, quod non est quidem minor pars beatitudinis, quia, ut ipse Christus, in Evangelio Ioannis loquens cum Patre, dicit: Haec est vita aeterna: ut cognoscant te, solum Deum verum et Filium tuum Iesumchristum quem misisti; ³⁸ ideo eo modo quo quis de longinqua regione revertens nihil antiquius habet quam videre quem amat et cum eo agere, eodem prorsus modo prius studium animae in conspectum Dei venientis erit cognitionem et gaudium sibi sumere de profundis secretis et mysteriis Incarnationis et de viis antiquis Dei ab eadem Incarnatione dependentibus ». ³⁹

Viae antiquae seu viae aeternae Dei, quas ita ardentem cognoscere vult, respiciunt humani generis redemptionem et salutem, praedestinationem iustorum et praescientiam malorum, etc., Omnia haec cognoscet anima unita cum Christo et simul cum Christo. ⁴⁰ Ideo et iure pleno Christus gloriose regnans sistitur ut profundius centrum vitae animae in quod a flamma vivissima Spiritus Sancti omni conatu agitur, « ad eum prorsus modum quo ignis universos motus et agitationes quas in aëre quem intra se inflammatum continet efficit, eo dirigit ut illum ad suae sphaerae celsitudinem evehat, omnesque illae vibrationes eo tendunt ut quanto magis illum sursum abripiant; sed quoniam aër in sua propria versatur sphaera, idcirco conatus ignis irritus est. Unde etiamsi motus Spiritus Sancti ardentissimi potentissimique sint ad animam ad multam gloriam absorbendam nihilominus res haec non perficitur, donec adveniat tempus, in quo ex sphaera aëris vitae huius mortalis egrediatur possitque spiritus sui centrum vitae perfectae in Christo introire ». ⁴¹

Haec meta superna statuitur etiam ut adoptio beatifica filiorum Dei qui

« veraciter dicent Deo quod idem Filius apud Ioannem dixit aeterno Patri, his verbis: omnia mea tua sunt et tua mea sunt; ⁴² ille quidem per essentiam cum sit eiusdem Filius naturalis, nos vero per participationem, cum simus filii adoptivi; quod dixit non propter se tantum, qui Caput erat, sed etiam propter suum corpus mysticum, quod est Ecclesia, quae particeps erit eiusdem pulchritudinis Sponsi in die triumphis sui quae erit cum Deum facie ad faciem videbit », ⁴³ et scopum cariorem vitae feriet qui est: aequalitas amoris: « amans enim nequit esse contentus, nisi percipiat se tantum amare quantum amatur ». ⁴⁴

³⁸ Io. 17, 3.

³⁹ C 37, 1.

⁴⁰ Cfr. C 37, 6.

⁴¹ L 3, 10; cfr. L 1, 31.

⁴² Io. 17, 10; Cfr. L 3, 79.

⁴³ C 36, 5.

⁴⁴ C 38, 3.

Ea meta est et regnum Patris; ideo anima cum hisce in terris perfectionem assequitur a Filio edocta et suggerente Spiritu Sancto « duas illas postulat petitiones[...] *adveniat regnum tuum!, fiat voluntas tua!*,⁴⁵ ac si diceret: finias iam mihi praeberere regnum, quemadmodum tu ipse hoc vis; quod ut ita fiat dulci hoc occurso rumpito telam (rompe la tela de este dulce encuentro).⁴⁶

Ex hucusque excerptis ex illa quam animae perfectae biographiam diximus, profecto apparuit:

a) oeconomiam seu dispensationem salutis nihil aliud esse quam Christi in sua plenitudine mysterium, unionem-matrimonium cum Christo, vitam Christi cum hominibus large participatam, « caput, enim, et membra sunt quasi una persona mystica »;⁴⁷ b) in hac oeconomia Christum partes praecipuas agere: Sponsi, Capitis, Vitae, Centri...; c) dispensationem perfectam atque plenam propositi divini perfici in sinu Trinitatis in visione beatifica; d) verum esse « animam plus vivere in eo quod amat, i. e., in Deo, in Christo, quam in corpore quod animat », ut non semel Sanctus asserit illo a mysticis et amantibus proverbio usitatissimo: « anima potius vivit ubi amat quam ubi animat »;⁴⁸ e) visionem beatificam quam anima perfecta praegustat et ardentissime desiderat ut in ea absolute assequatur filiationem, matrimonium, unionem, aequalitatem amoris, regnum, etc., illi dandam esse per Christum. Quomodo anima hac in terra et multo magis in coelo vitam intimam Dei attingat et in eam, ut licet, ingrediatur « nulla alia potentia nec sapientia exprimi potest, ait Doctor noster, quam significando quemadmodum Dei Filius hunc nobis sublimem statum et locum obtinuit atque promeruit habendi potestatem filios Dei fieri;⁴⁹ [...] unde animae eadem bona possident per participationem quae Deus possidet per naturam: quapropter revera dii sunt per participationem, aequales et socii Dei ». ⁵⁰ Filii in Filio! f) apparet etiam animam in perfectione positam esse revera quasi speciem et revelationem apertam efficaciae salutis seu vitae spiritualis in Christo perfectae. De huiusmodi anima Sanctus scribit: « .. altissimo amore amat Deum non absimili illi quo ab Ipso amatur. Hinc est quod non solum anima sit edocta amare, sed etiam amandi magistra effecta cum ipso Magistro unita ». ⁵¹

⁴⁵ Mt. 6, 10.

⁴⁶ L 1, 28.

⁴⁷ S. THOMAS, 3, q. 48, a. 2, ad 1.

⁴⁸ C 8, 3; C 11, 10.

⁴⁹ Io. 1, 12. Cfr. 2S, 5, 5.

⁵⁰ C 39, 5.

⁵¹ CA 37, 4: « De donde no sólo queda el alma enseñada a amar, mas aún hecha maestra de amar, con el mismo maestro unida ».

Sacramentum pietatis in Deo

Pergratum esset nunc illa quae anima « amoris magistra effecta », quia perfecta discipula, nos docuit de vita Christi quam vivit et quam in visione beatifica protinus vivet conferre seu componere cum illis quae Ioannes a Cruce scribit de mysterio salutis in sinu Trinitatis ante tempora decreto et delineato. Optime hoc facit in « Romances » super prologum « in principio erat Verbum ». ⁵² Ex illa comparatione, qua pro nunc instituenda superse- demus, maxima concordantia eluceret. Qui illam seriem poematum, forma litteraria simplicium, substantia autem doctrinali et caractere dogmatico et sensu biblico sublimium, attente percurrit hoc utique concludet secundum Doctorem Mysticum: a) vitam spiritualement animae radices, easque altissimas, in corde Trinitatis agere; b) Filium Dei Incarnatum et omnia quae ex Incarnatione enascuntur et pendent donum Sanctissimae Trinitatis liberrimum esse Filiumque iam ipso suo adventu et praedicatione maximam revelationem maximumque revelatorem vitae et attributorum Dei constitutum eundemque pergere quod erat Unum Verbum Patris; Ipsum esse et magistrum et redemptorem Salvatoremque humani generis; esse insuper Caput angelorum et hominum, licet non eadem ratione, « amor enim unius eiusdemque Sponsi eos, angelos hominesque, unam Sponsam facit ». ⁵³ Haec vero Sponsa est corpus mysticum Christo capiti datum; c) unionem animae cum Deo, quae est unum verum thema omnium quae vel sponte vel rogatus Doctor Mysticus scripsit, non esse aliam quam unionem vivam et vitalem cum Christo Capite et Sponso in eiusdem Corpore Mystico et Sponsa quae est Ecclesia; d) oeconomiam salutis in hoc delineamento divino, quo reguntur universa, totam quantam verti in Christo Filio Dei, Salvatore et Redemptore mundi. ⁵⁴

Manifestatio sacramenti absconditi

Quomodo autem Deus qui est architectus mysterii salutis processit in aperiendo hominibus hoc suae voluntatis consilio, quomodo se gerit in eodem mysterio dispensando seu iisdem hominibus

⁵² Haec series poematum composita fuit a Sancto in carcere toletano. Chartae tantum mandata ultimis mensibus carceris, i. e. a maio ad augustum 1578.

⁵³ *Romances*, 4: « todos son un cuerpo de la esposa que decía: que el amor de un mismo Esposo una esposa los hacía ».

⁵⁴ Speciali mentione dignus ob inquisitionem quam in doctrinam Sancti de Corpore Christi Mystico his poematibus contractam instituit P. LUCINIO DEL SMO. SACRAMENTO, O. C. D., *La doctrina del Cuerpo Místico en San Juan de la Cruz*, « Revista de Espiritualidad » 3 (1944) 200-211.

applicando? Solemnissima doctrina Ioannis a Cruce est Deum proprium modum propriumque stilum (el estilo de Dios) in communicandis suis bonis sequi. Divinus stilus, a Deo ordinarie in gratia distribuenda et in animabus gubernandis adhibitus, tribus regitur normis seu principiis: Deus, optimus paedagogus et sapientissimus rector, a) ordinate; b) suaviter; c) omnia movens secundum modum eorum procedit.⁵⁵ In casu particulari, de quo nobis sermo, illis normis stetit, ut facta tres simul regulas confirmantia monstrant: — homini lapso non semel sed iterum atque iterum Messiam promittit et cum eo et in eo omnia bona: libertatem, regnum, triumphum, redemptionem. Non obstante interpretatione errata multorum sub vocibus libertatis, regni, etc., Salvatorem venturum annunciat quia homines illuminat et movet secundum modum eorum. Sensus autem divinus revera intentus et percipiendus clarus et apertus tandem patebat,

« prophetiae enim huiusmodi⁵⁶ de Christo spiritualiter intelligi debebant, secundum quem sensum erant verissimae. Christus enim non solum totius terrae Dominus erat, sed etiam coeli, siquidem erat Deus. Pauperes vero, qui illum secuturi erant, non solum redempturus et liberaturus erat ex daemonis potestate, qui erat ille potens, contra quem nullum adiutorem habebant, sed etiam eos regni coelorum heredes effecturus. Quare loquebatur Deus secundum id quod praecipuum erat de Christo et sequacibus eius, videlicet de regno aeterno, libertateque aeterna; ipsi vero secundum suum intelligendi modum de eo quod minus erat praecipuum quodque Deus parvi facit intelligebant, de dominatione videlicet temporali et de libertate temporali, quod coram Deo nec regnum est nec libertas ».⁵⁷

Idem dicendum de pace messiana per prophetas promissa, « porro pax, quam pollicebatur Deus, erat illa, quae inter ipsum humanumque genus Messiae interventu, quem illis missurus erat, concilianda fuerat; ipsi autem divina promissa de temporanea pace intelligebant; et propterea quoties bella ac tribulationes imminebant, arbitrabantur se a Deo decipi, siquidem contraria iis quae exspectabant ipsis eveniebant, unde et conquerebantur ».⁵⁸

De promissionibus messianicis pulchrius et abundantius in memoratis Romances. Omnia quae per patriarchas, per prophetas, per alios nuntiantur constituunt beatam spem (esta buena esperanza que de arriba les venía, dicit Sanctus⁵⁹) qua sublevati simulque freti fide ab Sponso infusa futurae ipsiusmet Sponsi Incarnationis desiderium ardentius concipiunt Illum qui venturus est per-

⁵⁵ 2S, 17. Cfr. etiam 2S, 11, 9; 2S, 21, 2-7: hic agitur de casu extremo (caso-limite) condescensionis Dei erga quasdam animas, quibus morem gerens irascitur.

⁵⁶ Alludit ad Ps. 71, 8, 12.

⁵⁷ 2S, 19, 8.

⁵⁸ 2S, 19, 7.

⁵⁹ Romances, 5.

sonaliter videndi veluti florem e terra surgentem, veluti rorem, veluti pluviam e coelo delabentem. Suavissima haec poemata animum percillant, utputa:

Los de arriba poseían
el Esposo en alegría;
los de abajo en esperanza
de fe que les infundía,
diciéndoles que algún tiempo
él los engrandecería,
y que aquella su bajeza
él se la levantaría,
de manera que ninguno
ya la vituperaría;
porque en todo semejante
él a ellos se haría,
y se vendría con ellos,
y con ellos moraría.
Y que Dios sería hombre,
y que el hombre Dios sería,
y trataría con ellos,
comería y bebería;

y que con ellos contino
él mismo se quedaría,
hasta que se consumase
este siglo que corría,
cuando se gozaran juntos
en eterna melodía.
Porque él era la cabeza
de la esposa que tenía,
a la cual todos los miembros
de los justos juntaría,
que son cuerpo de la esposa,
a la cual él tomaría
en sus brazos tiernamente,
y allí su amor la daría;
y que así juntos en uno
al Padre la llevaría,
donde el mismo deleite
que Dios goza, gozaría.⁶⁰

Haec pauca, speciminis gratia exscripta, praeter delectamentum spirituale et aestheticum quod, ratione formularum adeo simplicium et innocentium praebent, simul clare proposita salutis amplissimae a Messia generi humano conferendae pandunt. Catenae precum, suspiriorum, lacrimarum, gemituum et agoniae quibus animae electae die ac nocte decursu saeculorum etiam atque etiam Deum instabant « que ya se determinase — a les dar su compañía », ⁶¹ hoc dulci macharismo ornantur:

« Otros decían: ¡Oh dichoso
el que en tal tiempo sería,
que merezca ver a Dios
con los ojos que tenía,
y tratarle con sus manos,
y andar en su compañía,
y gozar de los misterios
que entonces ordenaría! ». ⁶²

In hisce aliisque precibus fundendis tempora labuntur, desiderium dilatatum et crescit cum novus patiens inducitur

« cuando el viejo Simeón
en deseo se encendía,
rogando a Dios que quisiese

⁶⁰ *Romances*, 4.

⁶¹ *Romances*, 5.

⁶² *Romances*, 5.

dejalle ver este día.
 Y así, el Espíritu Santo
 al buen viejo respondía
 que le daba su palabra
 que la muerte no vería
 hasta que la vida viese
 que de arriba descendía,
 y que él en sus mismas manos
 al mismo Dios tomaría,
 y le tendría en sus brazos,
 y consigo abrazaría ». ⁶³

Signum ordinis, suavitatis, condescendentiae divinae mirificum splendet in Annuntiatione per archangelum ad Mariam facta « de cuyo consentimiento — el misterio se hacía » et in cuius sinu Trinitas Verbum carne vestivit

« Y el que tenía sólo Padre,
 ya también Madre tenía,
 aunque no como cualquiera
 que de varón concebía;
 que de las entrañas de ella
 él su carne recibía,
 por lo cual Hijo de Dios
 y del hombre se decía ». ⁶⁴

Nato Domino de Beata Virgine et Matre Maria, dum homines et angeli concordi laetitia canunt, normae, quibus Deus voluntate liberrima obsecundat, infrangi videntur, omnium enim iubilo circumdatus ipse in praesepio iacens plorat et vagit; at, non infranguntur sed potius firmantur et stilus Dei clarius adhuc fulget; ii enim gemitus et planctus

« ...eran joyas que la esposa
 al desposorio traía;
 y la Madre estaba en pasmo
 de que tal trueque veía:
 el llanto del hombre en Dios,
 y en el hombre la alegría,
 lo cual del uno y del otro
 tan ajeno ser solía ». ⁶⁵

Ita Christus, verus Deus et verus homo, apparuit ut ordo divinus incarnatus, suavitas Dei incarnata et condescendentia seu « condescensio » (quod Patres Graeci *συγκατάβασις* vocant) pariter incarnata. Et cum sit sibi Ipsi lex, in salutis mysterio effundendo easdem normas sequetur, unam legem amoris qui illa tria significat, continet et superat, amplectendo.

⁶³ *Romances*, 6.

⁶⁴ *Romances*, 8.

⁶⁵ *Romances*, 9.

Vita et mors Christi Domini

Seriem eorum « quae per ipsum Salvatorem nostrum, id est Deum incarnatum, sunt acta et passa », ⁶⁶ Doctor Mysticus ordine historico non sequitur. Tangit utique non pauca facta vitae Christi, ut sunt, nuptiae in Cana; ⁶⁷ colloquium cum Samaritana; ⁶⁸ transfiguratio; ⁶⁹ ingressus triumphalis in Ierusalem; ⁷⁰ promissio Eucharistiae; ⁷¹ oratio sacerdotalis; ⁷² oratio in horto nocte qua tradebatur, ⁷³ etc., Haec aliaque facta in mentem vocantur ad eruditionem animae, cuius specimen optimum datur in praeceptis quae orationem respiciunt ab exemplo ipsius Christi erutis:

« Y en las demás ceremonias acerca del rezar y otras devociones, no quieran arrimar la voluntad a otras ceremonias y modos de oraciones de las que nos enseñó Cristo; que claro está que, cuando sus discípulos le rogaron que les enseñase a orar, les diría todo lo que hace al caso para que nos oyese el Padre Eterno, como el que tan bien conocía su condición, y sólo les enseñó aquellas siete peticiones del *Pater noster*,⁷⁴ en que se incluyen todas nuestras necesidades espirituales y temporales, y no les dijo otras muchas maneras de palabras y ceremonias. Antes, en otra parte les dijo que cuando oraban no quisieran hablar mucho, porque bien sabía nuestro Padre celestial lo que nos convenía.⁷⁵ Sólo encargó, con muchos encarecimientos, que perseverásemos en oración, es a saber: en la del *Pater noster*, diciendo en otra parte que conviene siempre orar y nunca faltar.⁷⁶ Mas no enseñó variedades de peticiones, sino que estas se repitiesen muchas veces y con fervor y con cuidado; porque, como digo, en éstas se encierra todo lo que es voluntad de Dios y todo lo que nos conviene. Que, por eso, cuando su Majestad acudió tres veces al Padre Eterno, todas tres veces oró con la misma palabra del *Pater noster*, como dicen los evangelistas, diciendo: *Padre, si no puede ser sino que tengo de beber este cáliz, hágase tu voluntad.*⁷⁷ Y las ceremonias con que él nos enseñó a orar sólo es una de dos: o que sea en el escondrijo de nuestro retrete, donde sin bullicio y sin dar cuenta a nadie lo podemos hacer con más entero

⁶⁶ S. THOMAS, 3, prologus.

⁶⁷ C 2, 8.

⁶⁸ C 12, 3. L 1, 6.

⁶⁹ 2S, 22, 5; 2S, 16, 15.

⁷⁰ 3S, 38, 2: « Lo cual podrás bien entender en aquella fiesta que hicieron a Su Majestad cuando entró en Jerusalén, recibéndole con tantos cantares y ramos, y lloraba el Señor (Mt. 21, 9); porque, teniendo ellos su corazón muy lejos de él, le hacían pago con aquellas señales y ornatos exteriores ».

⁷¹ L 1, 5.

⁷² C 39, 5.

⁷³ 3S, 44, 4.

⁷⁴ Mt. 6, 9-13; Cfr. Lc. 11, 1-4.

⁷⁵ Mt. 6, 7-8.

⁷⁶ Lc. 18, 1.

⁷⁷ Mt. 26, 39, 42, 44.

y puro corazón, según el dijo diciendo: *Cuando tú orares, entra en tu retrete y, cerrada la puerta, ora;*⁷⁸ o, si no, a los desiertos solitarios, como él lo hacía, y en el mejor y más quieto tiempo de la noche.⁷⁹ Y así, no hay para qué señalar limitado tiempo ni días limitados, ni señalar éstos más que aquéllos para nuestras devociones, ni hay para qué otros modos ni retruécanos de palabras ni oraciones, sino sólo las que usa la Iglesia y como las usa, porque todas se reducen a las que habemos dicho del *Pater noster* ».⁸⁰

Vita Christi exemplar vitae et morum hominum, at, multo magis passio et mors Illius. Mors Domini in ligno crucis depingitur a Sancto forti sermone ut piacularis, doloribus et ariditate plena, fructibus copiosissima: Christus, ait, « toto vitae suae tempore spiritualiter mortuus fuit rebus quae ad sensus spectant; naturaliter vero iisdem in morte sua; ut enim ipsemet dixit, dum viveret non habuit ubi caput reclinaret,⁸¹ dum vero moreretur multo minus habuit ». Quantum vero ad partem spiritualem seu superiorem spectat « nemini ambigere licet in ipso mortis suae articulo quodammodo annihilatum in anima remansisse absque ulla consolatione vel solatio. Eum ita derelinquens Pater in intima scititate, secundum portionem inferiorem. Quare clamare cogitur: *Deus meus, Deus meus!, ut quid dereliquisti me?*⁸² quae fuit maxima derelictio sensibilis quam unquam in vita sua habuerat, unde tunc temporis opus omnium maximum peregit, cuiusmodi totius vitae suae decursu nec operibus aliis stupendis nec miraculis perfecerat in terra et in coelo: quod fuit generis humani reconciliatio et unio per gratiam cum Deo ». ⁸³ Instat adhuc et, quasi summam omnium tribulationum subducens, scribit:

« Y esto fue, como digo, al tiempo y punto que este Señor estuvo más aniquilado en todo, conviene a saber: acerca de la reputación de los hombres, porque, como le veían morir, antes hacían burla de él que lo estimaban en algo; y acerca de la naturaleza, pues en ella se aniquilaba muriendo; y acerca del amparo y consuelo espiritual del Padre, pues en aquel tiempo le desamparó porque puramente pagase la deuda y uniese al hombre con Dios, quedando así aniquilado y resuelto así como en nada. De donde David dice de él: *ad nihilum redactus sum et nescivi* ». ⁸⁴

⁷⁸ Mt. 6, 7.

⁷⁹ Mt. 14, 23; Mc. 6, 46; Lc. 6, 12; Lc. 5, 16; 9, 18; Mc. 1, 35. In 3S, 39, 2, scribit: « Por lo cual nuestro Salvador [ordinariamente] escogía lugares solitarios para orar, y aquellos que no ocupasen mucho los sentidos, para darnos ejemplo, sino que levantasen el alma a Dios, como eran los montes que levantaban de la tierra, y ordinariamente son pelados de sensitiva recreación ».

⁸⁰ 3S, 44, 4.

⁸¹ Mt. 8, 20; Lc. 9, 58.

⁸² Mt. 27, 46.

⁸³ 2S, 7, 10-11.

⁸⁴ 2S, 7, 11. Textus davidicus in Ps. 72, 22.

Mors Christi fuit mors amoris.⁸⁵ Quid nisi amorem invictum spirat illud poema pulchrius: *Un pastorcico*?⁸⁶ Totum est de redemptione. Personae poematis: Christus Pastor, anima vel humanitas pastora. Additur et elementum essentielle: arbor Crucis quam subit Pastor pro ingrata Pastora vitam daturus.

Versus finales ita sonant:

« Y a cabo de un gran rato se ha encumbrado
sobre un árbol, do abrió sus brazos bellos,
y muerto se ha quedado asido dellos,
el pecho del amor muy lastimado ».

Poema plenum est theologia et psychologia amoris. Theologia redemptionis, Pastor enim describitur ut amans, afflictus, mente fixus in suam dilectam, plorans, vulneratus cor, querens seu lamentans de absentia voluntaria pulchrae pastora, arborem conscendens, brachia aperiens et tandem in ligno mortuus. Psychologia videtur in numerandis gradatimque augendis doloribus ab amore inflictis coram ingratitude et oblivione, qui tandem resolvuntur in mortem amoris.⁸⁷

Praeter hanc Christi mortui in ligno crucis pendentis descriptionem scriptam habetur et imago seu pictura linearis (disegno) a Sancto confecta, de qua haec pauca circa tempus, occasionem, vicissitudinesque notanda. Ioannes a Cruce eam figuram Christi pinxit cumungebatur munere confessarii in monasterio carmelitarum « La Encarnación », Abulae ab anno 1572 ad 1577. Nihil amplius circa annum certe determinari potest, quod ego sciam. Visionem Christi mortui habuit; ea visione dolorosa intime percussus accepit postea chartulam et simplici calamo et atramento Dominum in Cruce pendentem, ut potuit, pinxit. Picturam moniali monasterii « La Encarnación » quae Ana María vocabatur tradens

⁸⁵ In litteris ad Juana de Pedraza, de enero y segovia 28 de 1589.

⁸⁶ Scriptum, seu melius ad divinum versum (vuelto a lo divino), a Sancto dum esset Prior Granatae; certe non post annum 1584. Si fides tribuenda est antiquo chronistae Ordinis iisdem diebus quibus poema transmutatum fuit quaedam personae spirituales musica illud adornavere (Cfr. MANUEL DE SAN JERÓNIMO, *Reforma*, t. 6, l. 23, c. 31, n. 6-9).

⁸⁷ Qui commentarium plenius in poema desiderat, legere poterit: C 11, de angoribus amantis in absentia personae amatae; C 23, de redemptione medio sacrificio Christi in arbore = ligno Crucis; 2S, 7, 11, de solitudine Christi in morte. P. Eliseo de los Mártires refert Ioannem a Cruce docuisse « que cuando el alma estuviere detenida en la compasión de la Cruz y pasión del Señor, se acordase que en ella estuvo solo obrando nuestra redención, según está escrito: *torcular calcavi solus* (Is. 63, 3); de donde sacará y se le ofrecerán provechosas consideraciones y pensamientos » (*Dictámenes* 7: in ed. mea, p. 1178).

illi et eiusdem picturae originem manifestavit. Monialis dedit P. Ioanni a Sancto Ioseph; hinc per multum temporis secum habuit; at, iterum Ana Maria ab eo repetiit. Post mortem monialis pictura in praedicto monasterio remansit ubi et nunc asservatur quadam theca valde simplici inclusa. Illa pictura Sancti inspirationem dedit percelebri pictori hispano Salvador Dalí pro opere quod « El Cristo de San Juan de la Cruz » vocavit, quod nunc habetur in *Art Gallery*, Glasgow (Scotland). At, de omnibus iis longius et commodius alibi.⁸⁸

Intuentibus picturam Sancti minutissimam — in aula lectionum nostri Instituti Spiritualitatis videri quidem potest ingenti incremento aucta seu amplificata — et poema *un Pastorcico* legentibus menti obversantur quae Doctor Mysticus in ore Filii cum Patre colloquentis ponit:

« Iré a buscar a mi esposa,
y sobre mí tomaría
sus fatigas y trabajos,
en que tanto padecía.
Y porque ella vida tenga,
yo por ella moriría,
y sacándola del lago
a ti te la volvería ».⁸⁹

Significatio cosmica Christi

Quid autem *cosmice*, ut hodie dicitur, significet Ipse Christus quidve nobilitatis elevationisque attulerit non solum hominibus, quos pretioso sanguine redemit, sed et universo mundo per mysteria Incarnationis, mortis et resurrectionis in Cantico Spirituali exponit dicens: « Iuxta Sanctum Paulum Filium Dei est *splendor gloriae et figura substantiae eius*.⁹⁰ Sciendum igitur est Deum hac sola Filii sui figura res universas aspexisse, hoc est naturale esse contulit donaque et perfectiones naturales innumeras eis communicavit, et absolutas perfectasque effecit, prout dicitur in Genesi: *vidit Deus cuncta quae fecerat et erant valde bona* (1, 31); valde bona conspicerere erat in Verbo Filio valde bona facere. Nec solum esse et gratias naturales intuendo illis impertivit, ut diximus, sed etiam hac sola figura Filii sui veste pulchritudinis exornavit, communicando illis esse supernaturale: quod tunc praestitit cum homo

⁸⁸ Cfr. CRISÓGONO DE JESÚS, *Vida de San Juan de la Cruz*, B. A. C., 5a. ed. Madrid 1964, p. 100-101, in textu et annotationibus. Videri potest et articulus variis photographiis ditatus: P. GIUSEPPE VINCENZO DELL'EUCARISTIA, *Il Cristo Crocifisso nella visione di S. Giovanni della Croce*, « Il Carmelo e le sue Missioni » 62 (1963) p. 51-58.

⁸⁹ *Romances*, 7.

⁹⁰ Heb 1, 3. Textum laudat etiam in: C 11, 12; L 2, 16; LA 3, 3: hic textus primae redactionis est valde notandus.

factus ad Dei pulchritudinem hominem sublimavit, atque adeo omnes res creatas in ipso, eo quod omnium naturae in homine sese coniunxerit. Propterea idem Filius Dei ait: *Si ego exaltatus a terra fuero, omnia traham ad meipsum.*⁹¹ Itaque in hac Incarnationis exaltatione et gloria resurrectionis Filii sui secundum carnem, non solum Deus Pater creatas res ex parte decoravit, sed etiam dicere possumus pulchritudine et dignitate omnino indutas reliquisse.⁹²

Paulo superius in eadem stropha Cantici dixerat: « ... creaturae sunt minora Dei opera quas veluti per transennam obiterque festinusque effinxit. Opera enim maiora quae maiori studio maiorique potentiae suae manifestatione perfecit, erant opera Incarnationis Verbi et mysteria fidei christianae, cum quibus, si reliqua opera conferantur, quasi festinanter obiterque fuerant effecta ».⁹³

Deprecatio amantis animae

Consideratio operum Dei maiorum et etiam minorum placat amorem impatientem animae ardentis Deum quae denuo meminit se in Christo et accepisse et habere omnia ad salutem necessaria et desiderabilia et multo plura: gratiam, veniam peccatorum, exauditionem precum, misericordiam, coelum terramque, etc., Huc spectat illa deprecatio quae « oración de alma enamorada » in autographo Sancti inscribitur.⁹⁴ In hac oratione rem nostram propius attingunt illa:

« No me quitarás, Dios mío, lo que una vez me diste en tu único Hijo Jesucristo, en que me diste todo lo que quiero ».

Quaenam sunt haec bona semel data et nunquam repetenda? Anima sibimetipsi respondet:

« Míos son los cielos, y mía es la tierra, mías son las gentes, los justos son míos, y míos los pecadores; los ángeles son míos y la Madre de Dios y todas las cosas son mías; y el mismo Dios es mío y para mí, porque Cristo es mío y todo para mí. Pues ¿qué pides y buscas, alma mía? Tuyo es todo esto y todo es para ti ».

Applicationes practicae immediate succurrunt: « No te pongas en menos ni repares en meajas que se caen de la mesa de tu

⁹¹ Io. 12, 32.

⁹² C 5, 4.

⁹³ C 5, 3.

⁹⁴ Cfr. GERARDO DE SAN JUAN DE LA CRUZ, *Los autógrafos que se conservan del Místico Doctor San Juan de la Cruz*, ed. foto-tipográfica, Toledo 1913, p. 14-18; cfr. etiam J. BARUZI, *Aphorismes de Saint Jean de la Croix. Texte établi et traduit d'après le manuscrit d'Andújar*, Paris 1924.

Padre.⁹⁵ Sal fuera y gloriáte en tu gloria. Escóndete en ella y goza, y alcanzarás las peticiones de tu corazón ».⁹⁶

Inter multiplicia bona animae vere amanti Christum unum splendidius emicat « mysterium Fidei, ineffabile nempe Eucharistiae donum, quod a Sponso suo Christo tanquam immensae caritatis pignus accepit Catholica Ecclesia ».⁹⁷ Doctor Mysticus, sese referens ad Eucharistiae promissionem de qua in Evangelio Ioannis, cap. 6, extollit « eam dulcissimam et amore plenam de Sacrosancta Eucharistia doctrinam ».⁹⁸ Alibi asserit Communionem esse actum amoris in quo anima laetitiam et dulcedinem accipit, ad hoc enim datur.⁹⁹

Hoc fonte gratiae et dulcedinis per novem menses continuo privatus in carcere toletano Sanctus scribit poema pulcherrimum: *que bien sé yo la fonte que mana y corre!*¹⁰⁰ Agitur de cantu animae quae gaudet se Deum per fidem cognoscere. Totum poema penitus imbibitum est veritatibus fidei et anima fruitur in illis percurrentis contemplativo modo: *a Deo Uno et Trino ad Eucharistiam!*

⁹⁵ Cfr. Mt. 15, 26–27: in 1S, 6, 2-3, laudatis textu evangelico de colloquio Domini cum muliere chananaea, et illo ex eodem Mt. 7, 6: *nolite sanctum dare canibus*, scribit: « en las cuales autoridades compara nuestro Señor a los que, negando los apetitos de las criaturas, se disponen para recibir el espíritu de Dios puramente, a los hijos de Dios; y a los que quieren cebar su apetito en las criaturas, a los perros, porque a los hijos les es dado comer con su Padre a la mesa y de su plato, que es apacentarse de su espíritu, y a los canes, las meajas que caen de la mesa. En lo cual es de saber que todas las criaturas son meajas que cayeron de la mesa de Dios ».

⁹⁶ Textus huius pulcherrimae exclamationis seu deprecationis Sancti nostri inspiratus diceretur, saltem ex parte, ab epistola 20 Beati JUAN DE AVILA: cfr. *Obras Completas*, BAC, I (v. 89) Madrid 1952, p. 386: « ...son vuestros mis ángeles, para defenderos; vuestros mis santos, para rogar por vosotros; vuestra mi Madre bendita, para seros Madre cuidadosa y piadosa; vuestra la tierra, para que en ella me sirváis; vuestro el cielo, para que a él vernéis; vuestros los demonios y los infernos, porque los hollaréis como esclavos y cárcel [...]. Y todo esto tenéis en mí y por mí; porque lo gané no para mí solo, ni lo quiero gozar yo solo; porque cuando tomé compañía en la carne con vosotros, la tomé en haceros participantes en lo que yo trabajase, ayunase, comiese, sudase y llorase y en mis dolores y muerte, si por vosotros no queda. ¡No sois pobres los que tanta riqueza tenéis, si vosotros con vuestra mala vida no las queréis perder a sabiendas! ».

⁹⁷ PAULUS VI, *Enc. Mysterium Fidei*, A.A.S., 57 (1965) 753.

⁹⁸ L 1, 6.

⁹⁹ 1N, 4, 2. Hoc gaudium et laetitia respiciunt directe spiritum, non sensum, quia « el menor de los provechos de este Santísimo Sacramento es el que toca al sentido, porque mayor es el invisible de la gracia que da, que, porque pongan en él los ojos de la fe, quita Dios muchas veces estotros gustos y sabores sensibles » (1N, 6, 5).

¹⁰⁰ Commentarium historico-doctrinalem quaerens, legere potest: P. GIUSEPPE VINCENZO DELL'EUCARISTIA, *La fonte nella notte: commento alla poesia di S. Giovanni della Croce: « Oh ben so io la fonte »*, « Rivista di Vita Spirituale » 16 (1962) p. 396-425.

Duo primi versus enuntiant thema; duo insequentes thema iam enuntiatum perfectius complent, quod ita sonat:

Que bien sé yo la fonte que mana y corre,
 aunque es de noche.
 Aquella eterna fonte está escondida,
 que bien sé yo dó tiene su manida,
 aunque es de noche.

Fons manans, currens, aeternus, absconditus, cuius mansionem anima optime novit est Deus Unus et Trinus: *nox*, qua non obstante, vel melius vi et ratione cuius, haec omnia scit est fides. Thema cantus seu argumentum propositum sequentibus evolvitur quae omnino summam ita proponi possunt: fons manans, currens, absque scaturigine, aeternus, pulcherrimus, absque fundo et intranabilis, clarus et alius cuiusvis lucis origo, ille fons a quo omnia veniunt non est nisi Deus Pater Filius et Spiritus Sanctus et hinc fons latet in Eucharistia. Ecce, ergo, ubi fons habet mansionem: in Eucharistia, et in Eucharistia anima omnia invenit;

Aquesta eterna fonte está escondida
 en este vivo pan por darnos vida,
 aunque es de noche.
 Aquí se está llamando a las criaturas,
 y de esta agua se hartan, aunque a oscuras,
 porque es de noche.

Ultima stropha tota anima Sancti effunditur et pandit intimos sensus quibus Missae litandae tenebatur:

Aquesta viva fuente que deseo,
 en este pan de vida yo la veo,
 aunque de noche.

Omnia quae anima pangit et de quibus gaudet fide novit, illa fide quae adeo similis est Deo¹⁰¹ ut et ipsa a Sancto *fons* dicatur,¹⁰² hac voce in hoc poemate Deo ipsi reservata.

Fide ductus, spe altus, caritate fervens ad Eucharistiam currit spiritus quaerens requiem et levamen. nec invenit ut desiderat. Ideo in alio poemate canit:

Cuando me pienso aliviar
 de verte en el Sacramento,

¹⁰¹ Cfr. 2S, 9, 1.

¹⁰² C 12: ¡*Oh cristalina fuente!* Ludens profecto cum verbis, ait: « Llama cristalina a la fe por dos cosas; la primera, porque es de Cristo su Esposo, y la segunda, porque tiene las propiedades del cristal en ser pura en las verdades y fuerte y clara, limpia de errores y formas naturales. Y llámala *fuentes*, porque de ella le manan al alma las aguas de todos los bienes espirituales » (ibid. n. 3).

háceme más sentimiento
 el no te poder gozar;
 todo es para más penar,
 por no verte como quiero,
 y muero porque no muero.¹⁰³

Per viam crucis et amoris

Quanam via Filius Dei Incarnatus qui universorum est Salvator seu Iesus fit salus singulorum, vel, quod in idem redit, quomodo singuli hominum adipiscuntur hanc superabundantem salutem ita ut omnia bona illis per Christum redemptorem parta arripiant, veluti propria possideant illisque magis magisque in anima accrescentibus gaudeant? Responsum contractum Ioannis a Cruce unum: *per viam Crucis!* At, diluere oportebit hanc strictam sententiam. Sciendum est in statu matrimonii spiritualis Christum Sponsum, actum amore pleno et integro qui nihil celare novit amico, facillime crebriusque animae ut fideli consorti aperire solitum « admiranda secreta sua, praesertim vero suae Incarnationis mysteria, modum etiam ac seriem humanae reparationis[...], dispositiones ac ordinationes sapientiae Dei qui ita sapienter et eleganter ex malis novit elicere bona, atque ad maius bonum ordinare id quod mali origo fuit ».¹⁰⁴

Ita in Canticum Spirituali¹⁰⁵ inducitur Christus Sponsus animam alloquens sponsam eamque illuminans circa mysterium Incarnationis redemptivae. Doctrina, in stropha valde brevi, ditissima ad haec capita essentialia reducit: a) anima quae nunc est sponsa Christi, per arborem vetitam in paradiso corrupta et perdita fuerat in natura humana per protoparentes Adamum et Evam. Ita simili, at inverso modo — seu quod « per recirculationem » dicitur — Christus, novus Adam, in arbore crucis pro ea moriendo per merita suae passionis redemit et reparavit eam. Hoc opus redemptionis a Christo, modo quo superius vidimus, peractum complectitur inter alia: ablationem inimicitiarum quae per originale peccatum

¹⁰³ Coplas del alma que pena por ver a Dios: *Vivo sin vivir en mí*. Die mortis suae Ioannes a Cruce « pidió afectuosamente al padre prior le trajese el Santísimo Sacramento para adorarle, y dijo, estando yo presente, muchas cosas de ternura y devoción, y despidiéndose, dijo: « *Ya, Señor, no os tengo de volver a ver con los ojos mortales* ». (Declaratio a Diego de Jesús: CRISÓGONO, *Vida*, ed. cit., c. 20, p. 333-334.

¹⁰⁴ C 23, 1, 5.

¹⁰⁵ C 23: *debajo del manzano*. In CA 28. Utrumque commentarium, in prima redactione brevius, legendum est. In huius redactionis optimo codice a Sancto reviso, probato, correcto et annotato (de Sanlúcar de Barrameda) quater loco scribendi vocem *cruc* depingitur eius figura: « el árbol de la + ». Videsis SILVERIO DE SANTA TERESA, *Cántico Espiritual y Poesías* de San Juan de la Cruz, según el Códice de Sanlúcar de Barrameda, Burgos, 1928, vol. II, p. 80-82.

Deum inter et hominem intercedebant, i. e. reconciliationem cum Deo; donum vitae loco mortis a protoparentibus inlatae; donum pulchritudinis et decoris loco deformitatis; porrectionem manus sui favoris, auxilii et misericordiae qua elevatur lapsa ad societatem et desponsationem cum Christo Sponso. Huic ideae limpidissimae apprime concordant et verba: « Filius Dei redemit et consequenter sibi in sponsam assumpsit naturam humanam et consequenter unamquamque animam, ei gratiam et pignora ad hoc in cruce per merita suae passionis conferendo ». ¹⁰⁶ *b*) oequivalentia inducta: redemptio-matrimonium spirituale (connubium, foedus amoris) cum Christo novo Adamo, i. e. cum Christo et Sponso et Capite foecundissima doctrinae est et opera Sancti Doctoris pervadit. *c*) ad finem eiusdem strophae alia affirmatio valde momentosa invenitur; illud connubium peractum fuit in cruce momento uno (de una vez), cum Deus primam gratiam animae infundit, quod et fit in baptisate cum singulis animabus. ¹⁰⁷ Hoc matrimonium et *convenit* et *differt* ab illo quod antonomastice vocatur « matrimonium spirituale ut altior meta vitae spiritualis », seu altior status unionis animae cum Deo. ¹⁰⁸ *Convenit* cum eo in quantum essentialiter seu substantialiter agitur de una eademque realitate, i. e. de vita gratiae; *differt* vero in quantum illud antonomastice tale est seu fit per viam perfectionis et non fit nisi valde lente et gradatim (muy poco a poco por sus términos), quia fit ad gressum hominis et ideo paulatim, pedetentim; aliud vero, in cruce et in baptismo, fit ad gressum Dei et ideo, ut dictum est, momento uno, in instanti. ¹⁰⁹

Pro describendo matrimonio per viam perfectionis Sanctus allegat textum Ezechielis prophetae, quin eum commentetur, in quo natio iudaica meretrici oequiparatur quam Dominus infantem puellam amanter dilexit, et in sponsam assumpsit. ¹¹⁰

His ergo ideis de primo et de secundo matrimonio, seu de differentia indicata circa imperfectum quod evolutione perfectum fit, moles doctrinalis Sancti innixa stat. Sanctus optime novit doctrinam Ecclesiae de baptismo qui « vitae spiritualis ianua est: per

¹⁰⁶ CA 28, 3. In secunda redactione (C 23, 3) loco dicendi ut in prima: « ...gracia y prendas para ello *por los méritos de su Pasión* », dicitur: « ...gracia y prendas para ello *en la Cruz* ».

¹⁰⁷ C 23, 6: « Este desposorio que se hizo en la Cruz [...] se hizo de una vez, dando Dios al alma la primera gracia, lo cual se hace en el bautismo con cada alma ». Haec et quae postea veniunt in commentario Sancti desiderantur in priori redactione.

¹⁰⁸ Vide supra: *biographia animae perfectae*, p. 318-319.

¹⁰⁹ « Mas éste es por vía de perfección, que no se hace sino muy poco a poco por sus términos, que, aunque es todo uno, la diferencia es que el uno se hace al paso del alma, y así va poco a poco; y el otro al paso de Dios, y así hácese de una vez »: C 23, 6.

¹¹⁰ Ez. 16, 5-14. Ex textu prophetae evincitur animam unitam cum Christo esse illius Sponsam et Reginam, non tantum participem regni.

ipsum enim membra Christi ac de corpore efficitur Ecclesiae ». ¹¹¹ Sciebat etiam renatos a fonte baptismatis surgere « innocentes, immaculatos, puros, innoxios ac Deo dilectos filios effectos, heredes quidem Dei, coheredes autem Christi [Rom 8, 1] ita ut nihil prorsus eos ab ingressu coeli remoretur »; ¹¹² ita ut morientes « antequam culpam aliquam committant, statim ad regnum coelorum et Dei visionem perveniant ». ¹¹³ Illi nota erat et doctrina de concupiscentia in baptizatis « ad agonem relicta ». ¹¹⁴ Certior insuper de fragilitate et ingratitude humana in pugna quae *in spem gloriae* [cfr. 1 Petr 1, 3] et nondum in gloriam renatis « superest cum carne, cum mundo, cum diabolo ». ¹¹⁵ « Iustificatis hominibus sive acceptam in baptismo gratiam perpetuo conservaverint sive amisam recuperaverint » ¹¹⁶ Doctor Mysticus « doctrinam substantialem ac solidam » ¹¹⁷ subministrat, evolutioni favendae ac perfectioni illius vitae consequendae aptissimam.

Innocenti vel poenitenti animae, utrique autem tot tantaque de facto imperfecta incurrenti et « buenos pecados veniales » committenti, ¹¹⁸ scopus perfectionis feriendus et *altera die* iam concessus et iterum dandus est, praeter alia, magna puritas et mundities, talis qualis fuit illa status innocentiae, i. e. « iustitiae originalis, in qua Deus illi in Adamo gratiam et innocentiam contulit », vel « puritas baptismalis » die baptismatis concessa, in quo anima accepit puritatem et munditiam totalem ». Dator seu restitutor huiusmodi innocentiae, puritatis, gratiae, munditiei est Christus Sponsus quem anima invocat ut vitam: *tú, vida mía!*, ut eam emundare velit a cunctis imperfectionibus ac tenebris, quemadmodum tunc mundata fuit. ¹¹⁹ « Altera dies » intelligitur etiam a Sancto « dies aeternitatis quae est alia a die hac temporali »: donum iam tunc datum seu concessum et de facto habendum in coelo est gloria, et pondus gloriae illi animae praedestinatae assignatum ab Sponso, ita ut possideat in aeternum illud ad quod ab aeterno praedestinata fuit. ¹²⁰

Iter animae perfectionem altiozem hoc mundo possibilem habendam et in visione Dei in coelo consummandam versus, uno aliove modo proponatur, tandem revolvitur eodem. Percurrendum est

¹¹¹ Conc. Flor., *Decretum pro Armenis*: Denz. 694.

¹¹² Conc. Trid., *Decretum super peccato originali*: Denz. 792.

¹¹³ Conc. Flor., l. c.

¹¹⁴ Conc. Trid., l. c.

¹¹⁵ Conc. Trid., *Decretum de iustificatione*: Denz. 806.

¹¹⁶ Conc. Trid., l. c.: Denz. 809.

¹¹⁷ In prologo programmatico Subida-Noche, n. 8 ea quae dicturus est vocat « doctrina sustancial y sólida », missis ambagibus.

¹¹⁸ 3S, 3, 3.

¹¹⁹ Vide CA 37, 1-2, 6. Cfr. 2N, 24, 2; C 26, 14.

¹²⁰ C 38, 2, 5-6, 9. Distinctio doctrinalis in sensu dando hisce Cantici strophis (CA 37, C 38) vertitur in verbis: « el otro día »; in priori redactione stant pro statu iustitiae originalis vel pro die baptismatis; in altera redactione stant pro die aeternitatis divinae.

inhaerendo vestigiis Christi, aliud non est nisi imitatio Christi, sequela Christi qui sicut auctor et consummator vitae spiritualis ita et viaticum et altor est progredientis. Animae enim unice « proficere possunt per Christum Iesum, per quem accessum habuerunt in gratiam », ¹²¹ per Christum Iesum qui in ipsos iustificatos iugiter virtutem influit tanquam caput in membra ¹²² et tanquam vitis in palmites, ¹²³ « quae virtus bona eorum opera semper antecedit, comitatur et subsequitur ». ¹²⁴

Messis doctrinae circa hanc materiam in operibus Ioannis a Cruce immensa; quasdam hic spicas hinc inde collectas ut dicendorum primitias proferre perutile erit: a) Habens ante oculos Christum in cruce pendentem pronunciat: « profectus non invenitur nisi in imitatione Christi, *qui est via veritas et vita et nemo venit ad Patrem nisi per eum*, ut ipse per Sanctum Ioannem dicit, ¹²⁵ et alio in loco: *ego sum ostium. Per me si quis introierit, salvabitur*. ¹²⁶ Quamobrem omnem spiritum qui ad Deum per dulcedines et faciliora ad Deum ire cupit et Christum imitari refugit minime bonum iudicarem ». ¹²⁷ b) Scribens ad Matrem Annam a Iesu, in monasterio Segobiensi monialem, dicit: dum praemium in coelo dandum exspectas « virtutibus mortificationis et patientiae exercendis tempus insumas, cupiens in patiando aliquo saltem modo assimilari huic magno Deo nostro humiliato et crucifixo; *pues que esta vida, si no es para imitarle, no es buena* ». ¹²⁸ c) Moniales Carmelitas Discalceatas monasterii Beas de Segura hortatur: « Sirvan a Dios, mis amadas hijas en Cristo, siguiendo sus pisadas de mortificación en toda paciencia, en todo silencio y en todas ganas de padecer, hechas verdugos de los contentos, mortificándose si por ventura ha quedado algo por morir que estorbe la resurrección interior del espíritu, el cual more en sus almas. Amén ». ¹²⁹ d) Sententiae, quae « lucis et amoris dicta » nuncupantur unitatem quamdam et criterium interpretationis accipiunt ab hoc uno scopo. Quod

¹²¹ Conc. Trid., *Decretum de iustificatione*: Denz. 804.

¹²² Eph. 4, 15.

¹²³ Io. 15, 5.

¹²⁴ Conc. Trid., *Decretum de iustificatione*. Denz. 809.

¹²⁵ Io. 14, 6.

¹²⁶ Io. 10, 9.

¹²⁷ 2S, 7, 8.

¹²⁸ De Madrid y julio 6 de 1591.

¹²⁹ De Málaga y noviembre 18 de 1586. Vide etiam litteras ad easdem moniales datas, de granada a 22 de noviembre de 1587. In litteris ad discalceatas monasterii Córdoba, de segovia y julio de 1589, eas hortatur ut novo spiritu ac fervore imbutae viam perfectionis prosequantur « en toda humildad y desasimiento de dentro y fuera, no con ánimo aniñado, mas con voluntad robusta; sigan la mortificación y penitencia, *queriendo que les cueste algo este Cristo*, y no siendo como los que buscan su acomodamiento y consuelo, o en Dios o fuera de él, sino el padecer en Dios, y fuera de él por él en silencio y esperanza y amorosa memoria ». Initio epistolae dixerat: « ...y den a entender lo que profesan, que es a Cristo desnudamente ».

Sanctus fervide tradit in prologo primae seriei, in quo alloquens Deum ait: « ...diligis lucem, diligis super alias omnes animae operationes, amorem. Idcirco haec dicta erunt discretionis pro itinere agendo, lucida viae, amoris in ambulando. Subsistat igitur procul mundi rethorica; sistant gradum garrula verba et eloquentia arida humanae sapientiae, fragilis et argutae, quae nunquam tibi placent loquamurque cordi verba dulcedine amoreque madentia quae tibi adeo cordi sunt; e medio tollentes offendicula et obstacula a multis animabus quae ignoranter impingunt et ignoranter errant, existimantes se recte procedere quoad sequelam dulcissimi Filii tui, Domini nostri Iesuchristi, similes ei fieri satagentes in vita, conditionibus ac virtutibus et in forma nuditatis et puritatis ipsius. Sed tu, o misericordiarum Pater, id praesta, nihil enim, Domine absque te fiet! ». ¹³⁰

In iis sentiis spiritualibus habentur, ex. c.: « Satis tibi sit Christus crucifixus, cum ipso patere et requiesce »; ¹³¹ « Qui Christi crucem non quaerit nec ipsius gloriam quaerit »; ¹³² « Quid scit qui pro Christo pati nescit? »; ¹³³ « Interius exteriusque cum Christo crucifixa vives in hac vita cum satietate et satisfactione animae tuae et in patientia tua possidebis eam »; ¹³⁴ « Amica passionis Christi esto! »; ¹³⁵ « Nunquam in exemplar operum tuorum hominem, quantumvis sanctum, sumas quia ante oculos tuos daemon imperfectiones illius ponet tibi, sed Christum imitare qui est summe perfectus summeque sanctus et nunquam errabis ». ¹³⁶ e) Alibi quasi praeciens scribit: « ...discant istiusmodi homines ista spernere voluntatemque suam in fortitudine amoris humilis et serio bonorum operum exercitio fundare, imitentur etiam in patienti Filii Dei vitam et mortificationem; haec siquidem est via ad omne spirituale bonum attingendum, non autem multi interiores discursus ». ¹³⁷

* * *

Hae pericopes paucis premunt eandem doctrinam quae in operibus maioribus Sancti dilatatur, ut sequentia monstrabunt.

Doctrina contenta sub notis similitudinibus montis ascendendi usque ad supremum verticem, itineris peragendi in nocte obscura: quibus opera Ascensus Montis Carmeli et Nox Obscura ful-

¹³⁰ Hic prologus est revera oratio seu deprecatio. Et intra hanc seriem sententiarum inserta invenitur « oración de alma enamorada », de qua supra, p. 330-331.

¹³¹ *Puntos de amor*, 13.

¹³² *Ibid.*, 23.

¹³³ *Otros avisos*, 17.

¹³⁴ *Puntos de amor*, 8.

¹³⁵ *Ibid.*, 16.

¹³⁶ *Ibid.*, 78.

¹³⁷ 2S, 29, 9. In 3S, 23, 2, legitur: « porque el que hace algún caso de sí no se niega ni sigue a Cristo ».

ciuntur non est nisi apertissima institutio de sequendo, de imitando Christo non qualitercumque sed perfecte, de Illius vestigiis sanguinolentis premendis.

Oequivalentia doctrinalis inter utramque similitudinem expressis verbis traditur a Doctore Mystico¹³⁸ qui et continue repetit ea cantilena: « a oscuras y sin nada ». ¹³⁹ Ideo qui ascendit montem iter peragit nocturnum et qui iter nocturnum peragit montem vicissim ascendit. Age vero: mons Christus est.¹⁴⁰ In dandis vero notione noctis,¹⁴¹ rationibus ob quas transitus ad unionem altiorum cum Deo nox obscura vocari possit,¹⁴² in variis exercitiis seu modis noctem ingrediendi paulatim apparet et dominatur usque realitas Christi qui, de cetero, iam patefacta erat in poemate quod commentatur: *en una noche oscura*, in quo dilectus, amatus est Christus post quem anima amans et amata seu sponsa iter nocturnum, amore Illius inflammata, aggreditur et perficit.¹⁴³

Iter ergo ad perfectionem vocatur nox obscura et duplex habetur: sensus ac spiritus, i. e. totum hominem perficiendum respicit, et utraque activa et passiva decurrit.¹⁴⁴ Anima in utraque velut noctu et in obscuritate graditur; hinc, quas alii purgationes seu purificationes animae appellabant, Ioannes a Cruce noctes nuncupatas voluit.¹⁴⁵

Prima pars noctis, i. e. sensus est privatio et purgatio omnium appetituum sensitivorum animae circa universas res mundi exteriores, necnon illarum quae suae carni delectabiles inveniebantur, ac etiam omnium gustuum suae voluntatis.¹⁴⁶ Possibilis erit de facto si contra omnes dispersiones amoris qui in sexcentos appetitus deordinatos et imperfectiones innumeras exscrescit unus foveatur ac vincat appetitus et amor, Deus enim « illum solum appetitum admittit secumque commorari sinit qui legem divinam

¹³⁸ Vide *Subida*, argumento et 1S, 13, 10.

¹³⁹ 1S, 3, 1-2.

¹⁴⁰ C 36, 6-10.

¹⁴¹ 1S, 1, 1; 1S, 15, 1. In his duobus textibus Christus praesens, licet implicite, adest, in quantum primus alludit et alter clare nominat peccatum originale e quo anima liberata fuit a Christo.

¹⁴² 1S, 2; relatio ad Christum est evidens in tribus rationibus, si quis prae mente habet ea quae decursu *Subida-Noche* scribit de termino a quo anima recedit, de via per quam incedit, de termino ad quem accedit.

¹⁴³ Legendae sunt octo strophae, sed speciatim a quinta ad octavam. Hoc poema est quasi *praeconium paschale* animae amore Christi inflammatae. Hinc laudes noctis quibus simili modo concelebratur victoria ac in *Exsultet* in vigilia paschali. Ad haec, strophae inscribuntur: « Canciones en que canta el alma la dichosa ventura que tuvo en pasar por la oscura noche de la fe, en desnudez y purgación suya, a la unión del Amado » (*Subida*-argumento).

¹⁴⁴ 1S, 1, 1-3; 1S, 13, 1; etc., De modo quo haec divisio quadripertita 'noctis' in structuram libri *Subida-Noche* influit et inde in molendam synthesim doctrinalem scribebam: *Sanjuanistica*, « Ephemerides Carmeliticae » 12 (1961) p. 202-205.

¹⁴⁵ 1S, 1, 1, 2-4.

¹⁴⁶ 1S, 1, 4; 1N, 7, 5; etc.

perfecte observandam crucemque Christi baiulandam respicit ». ¹⁴⁷

Itaque anima huic prae ceteris habendo amori incumbens universas vires suas colligat necesse est ne calorem ac virtutis vigorem amittat. ¹⁴⁸ Hanc obscuram noctem sensus amoribus anxiis inflammata percurrit anima « ad universos siquidem appetitus superandos gustusque ac sapes rerum omnium, quarum amore et affectione voluntas solet urgeri ad illis fruendum, abnegandos, requirebatur maior alius ardor alterius melioris amoris, qui non est alius quam amor sui Sponsi, ut sic universas delicias suas ac robur in ipso collocando, fortitudinem adipisci possit ac constantiam ad universos alios amores facile negandos. Nec solummodo ad superandum appetituum sensitivorum impetum satis erat sui Sponsi amor sed necesse erat eo inflammari idque anxie ». ¹⁴⁹ Quid autem anima facere debet ut huic amori aditum patefaciat? Ingredi in quantum ex se est, i. e. activo modo hanc noctem. ¹⁵⁰ Propositum huiusmodi perfecturae subveniunt quaedam monita, pauca numero et mole brevia, sed efficacissima; qui serio illis sese exercere voluerit nullis aliis opus habebit:

« Primum est ut ordinarium appetitum habeat Christum in omnibus rebus suis, eius vitae, quam considerare ¹⁵¹ debet ut illam norit imitari, sese conformando ac taliter sese in omnibus gerendo ac se gessisset Ille ». ¹⁵²

« Secundum: ut rem hanc bene exequi valeat, quemlibet gustum qui sensibus sese obtulerit, nisi pure ad Dei gloriam et honorem fuerit, respuat vacuusque et liber ab illo propter amorem Iesu-christi remaneat, qui in praesenti vita nullum alium gustum habuit aut voluit quam voluntatem Patris sui, quod Ipse cibum ac nutrimentum suum appellabat, ¹⁵³ adimplere ». ¹⁵⁴ Continuo adducuntur exempla abnegationis in omnibus sensibus, quae maxime cohaerent cum doctrina de modo remanendi « a obscuras y sin nada » prius a Sancto tradita, quae ideo nova luce, ex relatione ad Christum nunc expressa, perfunditur. ¹⁵⁵

Illico dantur normae ad totaliter mortificandas passiones (es total remedio). Ita sonant:

« Procure siempre inclinarse:
no a lo más fácil, sino a lo más dificultoso;
no a lo más sabroso, sino a lo más desabrido;

¹⁴⁷ 1S, 5, 8.

¹⁴⁸ 1S, 10, 1.

¹⁴⁹ 1S, 14, 2. Rationem illorum quae dixit continuo affert, et quidem optime: *ibid.*, n. 2-3. Cfr. 2S, 1, 2.

¹⁵⁰ Notiones clarae habentur in: 1S, 13, 1. Cfr. 1S, 1, 5.

¹⁵¹ Animum intendas ad vocem « considerar », quae ita explanari debet: « ...considerar es mirar muy particularmente con atención y estimación de aquello que se mira » (C 31, 4).

¹⁵² 1S, 13, 3.

¹⁵³ Io, 4, 34.

¹⁵⁴ 1S, 13, 4.

¹⁵⁵ 1S, 13, 4, et 1S, 3, 1-2.

no a lo más gustoso, sino antes a lo que da menos gusto;
 no a lo que es descanso, sino a lo trabajoso;
 no a lo que es consuelo, sino antes al desconsuelo;
 no a lo más, sino a lo menos;
 no a lo más alto y precioso, sino a lo más bajo y despreciado;
 no a lo que es querer algo, sino a no querer nada;
 no andar buscando lo mejor de las cosas temporales, sino lo peor,
 y desear entrar en toda desnudez y vacío y pobreza por Cristo de
 todo cuanto hay en el mundo ». ¹⁵⁶

Iterum Christus super omnia dilectus sensum roburque cuius mortificationi animae suppeditat. Omnia haec bene et ex corde adimpleta praeterquam quod remedio totali passionibus vincendis sunt, adsunt et causa magni meriti magnarumque virtutum et brevi temporis spatio fons magni delectamenti et consolationis evadunt. ¹⁵⁷

Initium itineris est *porta angusta, quam angusta*; porta autem huiusmodi Christus. Ut anima per Illum et per illam intret sese coarctare debet voluntatemque ab omnibus rebus sensibilibus et temporalibus denudare, Deum super omnia amando. ¹⁵⁸ Haec porta angusta crucis et amoris immittit in viam *arctam* perfectionis; haec via est pariter Christus. Via arcta respicit partem seu portionem superiorem vel rationalem vel spiritualem hominis, sicut porta angusta respiciebat partem sensitivam seu inferiorem ipsius. ¹⁵⁹ Ideo Christum in spiritualibus sequuntur qui nuditatem, abnegationem, vacuitatem, paupertatem spiritus quoad spiritualia amplectuntur. Hoc est pergere in nocte spiritus. Pauci sunt qui viam inveniunt quia « pauci revera inveniuntur qui norint et velint summam hanc spiritus vacuitatem et nuditatem spiritus ingredi ». ¹⁶⁰ Expositio Doctoris nostri circa omnia haec est plane forma robustiori exarata et substantia doctrinali alte evangelica refertior, quapropter, ipsius Christi auctoritate, doctrinam confirmatam vult et ad textum ex Matthaeo: « *quam angusta porta, et arcta via est, quae ducit ad vitam: et pauci sunt, qui inveniunt eam!* » ¹⁶¹ efficacior reddendum adducit ex Marco: « *si quis vult me sequi, deneget semetipsum: et tollat crucem suam, et sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam: qui autem perdidit*

¹⁵⁶ 1S, 13, 5-6. Omnia monita, paucis differentiis, a Sancto in 1S, 13, a n. 3 ad 9 tradita ad nos usque pervenerunt et in transcriptione facta a Magdalena del Espíritu Santo quae Ioannem a Cruce eadem magisterio orali proferentem audierat: cfr. declarat.: BMC, 10, p. 326-327.

¹⁵⁷ 1S, 13, 5, 7.

¹⁵⁸ 2S, 7, 2.

¹⁵⁹ 2S, 7, 3. Quid sibi velint hae voces in theologia spirituali omnibus notum.

¹⁶⁰ 2S, 7, 3. Cfr. N, annotatio post strophas simul transcriptas; 1N, 7, 4; 1N, 11, 4; L 2, 27.

¹⁶¹ Mt. 7, 14.

rit animam suam propter *me* [...] *salvam faciet eam* ». ¹⁶² Christus huiusmodi proponens doctrinam iure merito extollitur ut magister « instituens et inducens nos in hanc viam ». ¹⁶³ Doctor Mystic imparem se sentit exponendae, ut par esset et ut opus est, doctrinae de abnegatione verbis Domini propositae; at, « germanum » eorumdem sensum tradere satagit illa ad spiritualia speciatim referendo. Quod et facit monstrans quomodo plures in lucta inter duos amores iam incepta et animosius prosequenda deficiunt et non amici sed inimici crucis Christi evadunt, quia propriis consolationibus, suavitatibus commodisque in spiritualibus inhiant: uno verbo seipsos quaerunt, seipsos amant loco quaerendi et amandi Deum et Christum. Ardentiora verba referre liceat:

« ...en ofreciéndoseles algo de esto sólido y perfecto, que es la aniquilación de toda suavidad en Dios, en sequedad, en sinsabor, en trabajo, lo cual es la cruz pura espiritual y desnudez de espíritu pobre de Cristo, huyen de ello como de la muerte, y sólo andan a buscar dulzuras y comunicaciones sabrosas en Dios. Y esto no es la negación de sí mismo y desnudez de espíritu, sino golosina de espíritu. En lo cual, espiritualmente, se hacen enemigos de la cruz de Cristo, porque el verdadero espíritu antes busca lo desabrido en Dios que lo sabroso, y más se inclina al padecer que al consuelo, y más a carecer de todo bien por Dios que a poseerle, y a las sequedades y aflicciones que a las dulces comunicaciones, sabiendo que esto es seguir a Cristo y negarse a sí mismo, y esotro, por ventura, buscarse a sí mismo en Dios, lo cual es harto contrario al amor. Porque buscarse a sí en Dios, es buscar los regalos y recreaciones de Dios, mas buscar a Dios en sí es no sólo querer carecer de eso y de esotro por Dios, sino inclinarse a escoger por Cristo todo lo más desabrido, ahora de Dios, ahora del mundo; y esto es amor de Dios ». ¹⁶⁴

¹⁶² Mc. 8, 34-35.

¹⁶³ 2S, 7, 4: « de donde instruyéndonos e induciéndonos nuestro Salvador en este camino ». Hinc Sanctus aegre fert et irascitur illis qui successores Christi in sacerdotio et magisterio aliis curis mundanis distenti ab hoc verbo (esta palabra de Dios) viviendo et praedicando deficiunt: 2S, 7, 12. Sicut his divinum iudicium minatur ita et illis qui ingressum in religionem, quae est specialiter porta angusta et arcta via ad perfectionem (*Subida*, prólogo, 9; 1N, 8, 4; LA 3, 62), praepediunt vel differunt « con unas razones humanas o respetos harto contrarios a la doctrina de Cristo y su mortificación y desprecio de todas las cosas, estribando en su interés o en su gusto, o por temer donde no había que temer, se lo dilatan o se lo dificultan, o, lo que peor es, por quitárselo del corazón trabajan; que, teniendo ellos mal espíritu y poco devoto, y muy vestido de mundo y poco ablandado en Cristo, como ellos no entran, no dejan entrar a otros [...]; a la verdad, están puestos como tropiezo y tranca a la puerta del cielo, no advirtiéndolo que los tiene Dios allí para que *compelan a entrar* a los que Dios llama, como se lo tiene mandado, y ellos por el contrario, están compeliendo que no entren *por la puerta angosta que guía a la vida* » (LA 3, 62; idem L 3, 62, aequaliter suaviori modo).

¹⁶⁴ 2S, 7, 4-5.

Sententiae dominicae exegesim prosequitur, munus crucis in salute animae lucranda iterans: « qui propter Christum renuntiaverit omnibus illis quae appetere et degustare potuerit, eligendo, quod magis cruci consentaneum appareat, quam rem idem Dominus apud Sanctum Ioannem vocat odio habere animam suam (12,25), hic illam lucrabitur ». ¹⁶⁵ Crucis individuus comes habetur calix et utrique Christus. Calix autem a Domino oblatus fuit filiis Zebedaei veluti res longe pretiosior et tutior in hac vita, gaudio et laetitia et gloriola quam sibi deposcebant. Calicem bibere eandem omnibus renuntiationem ac crucem post Christum portare significat. ¹⁶⁶ Via ergo est Christus eamque emetiri poterit qui cruci innitetur ut baculo, ¹⁶⁷ qui iugum et onus Christi, crucem nempe, portaverit. ¹⁶⁸

Omnia supradicta de porta, de via, de calice, de amore, de Christo unice quaerendo, etc., compendio rediguntur sequenti:

« Y así, querría yo persuadir a los espirituales cómo este camino de Dios no consiste en multiplicidad de consideraciones, ni modos, ni maneras, ni gustos, aunque esto, en su manera, sea necesario a los principiantes, sino en una cosa sola necesaria, que es saberse negar de veras, según lo exterior e interior, dándose al padecer por Cristo y aniquilarse en todo. Porque, ejercitándose en esto, todo esotro y más que ello se obra y se halla en ello. Y si en este ejercicio hay falta, que es el total y la raíz de las virtudes, todas esotras maneras es andar por las ramas y no aprovechar, aunque tengan tan altas consideraciones y comunicaciones como los ángeles ». ¹⁶⁹

Veritatum adeo clare expositarum adhuc firmiter inculcandarum ergo, Doctor Mysticus declarare cupit quonam pacto abnegatio totalis seu nox sensus ac spiritus ad imitationem Christi fieri oporteat; ipse quippe, ut dixit, est exemplar et lumen nostrum. ¹⁷⁰ Hoc proposito ductus verba Christi, tanto vigore interpretata, ipsius exemplo confirmat, Eum in crucis agone luctantem, afflictum, derelictum, dolentem, animabus proponit, ¹⁷¹ unde et concludit:

« ...hinc — ex exemplo Christi patientis et morientis — intelligat verus spiritualis *mysterium portae et viae Christi* ad unionem cum Deo sciatque quo magis propter Deum sese annihilaverit secundum has duas portiones: sensitivam et spiritualem eo magis cum Deo uniendum tantoque insignius tunc perfecturum opus [...]. Non ita-

¹⁶⁵ 2S, 7, 6.

¹⁶⁶ 2S, 7, 6-7. Cfr. Mt. 20, 20-23; Mc. 10, 35-40.

¹⁶⁷ 2S, 7, 7: « ...y la cruz, que es el báculo para arribar, por el cual grandemente se le aligera y facilita ».

¹⁶⁸ 2S, 7, 7.

¹⁶⁹ 2S, 7, 8. Cfr. regulam animabus (1S, 8, 4) et magistris spiritus (1S, 12, 6) mortificandis appetitibus et profectui spirituali promovendo auream.

¹⁷⁰ 2S, 7, 9: « El es nuestro ejemplo y luz ».

¹⁷¹ Videsis supra, p. 327-329.

que rei huius summa in refectionibus et gustibus et perceptionibus spiritualibus (sentimientos espirituales) consistit sed in viva quadam morte crucis sensitiva ac spirituali, i. e., interiori et exteriori ». ¹⁷²

Caput 7, lib. 2 Subida, totum resonans et verba Christi magistri et exempla Christi redemptoris inseritur ibi a Sancto ne quis miretur et cogitet omnia quae dicturus est, vel iam dixit, de nuditate potentiarum animae: intellectus, memoriae et voluntatis esse « quid nimis ». ¹⁷³ Ideo, postquam hoc antemurale crucis suae doctrinae anteposuit, alacer procedit, viam unionis ad vitam virtutum theologiarum reducens. ¹⁷⁴ Hae virtutes sunt quae vacuum, noctem, nuditatem, paupertatem, purificationem in potentiis animae producant. ¹⁷⁵ Tres simul in hoc opere revera perficiendo operantur: « estas tres virtudes teologales andan en uno ». ¹⁷⁶ Noctem obscuram ita peragendam vivere ac sustinere seu pertransire idem est ac Christum imitari, ut dictum est. Illas esse et theologicas et speciali modo christologicas optime eruitur ex munere tum negativo cum positivo illis tributo: « ...quoniam harum virtutum est separare animam ab omni eo quod Deo minus est, consequenter et illarum est ipsam cum Deo unire ». ¹⁷⁷ Haec affirmatio non remanet in cortice sed ipsam medullam doctrinae tangit: datur enim quasi principium et summa doctrinalis omnium quae anima perfectit in deponendo veteri homine et in novo induendo. Doctrina biblicotraditionalis de novo induendo homine, quae tota est de transformatione in Christum per imitationem ipsius, poetice immo et dramatice proponitur a Sancto Ioanne a Cruce sub imagine amantis quae veste mutata, seu habitu permutato dilectum suum quaerit: por la secreta escala *disfrazada*.

Sanctus lexicographice verbum « disfrazarse » explanat; melius et abundantius quam ipsius coetaneus Sebastián de Covarrubias, ¹⁷⁸ et illico scribit:

« El alma, pues, aquí tocada del amor del Esposo Cristo, pretendiendo a caerle en gracia y ganarle la voluntad, aquí sale disfrazada »

¹⁷² 2S, 7, 11.

¹⁷³ 2S, 7, 1.

¹⁷⁴ De hac reductione seu contractione optime scripsit: FEDERICO DE SAN JUAN DE LA CRUZ, *Vida teologal durante la purificación interior, en los escritos de San Juan de la Cruz*, « Revista de Espiritualidad » 18 (1959) p. 341-379. Virtutes theologicae iure merito, ad mentem Ioannis a Cruce, et « christologicae » vocari deberent, quippe quae uniunt ac matrimonio animam iungunt cum Christo vero Deo ac vero homine. In casu dicendae essent christologicae non exemplares, sed exemplatae.

¹⁷⁵ 2S, 6, totum caput; 2N, 21, 11.

¹⁷⁶ 2S, 24, 8.

¹⁷⁷ 2N, 21, 11.

¹⁷⁸ Explanacionem Sancti vide in: 2N, 21, 2. COVARRUBIAS dicit: « Disfraz. Es el hábito y vestido que un hombre toma para disimularse y poder ir con

zada con aquel disfraz que más al vivo represente las aficciones de su espíritu y con que más segura vaya de los adversarios suyos v enemigos, que son: demonio, mundo y carne. Y así la librea¹⁷⁹ que lleva es de tres colores principales, que son blanco, verde y colorado, por los cuales son denotadas las tres virtudes teologales que son: fe, esperanza y caridad, con las cuales no solamente ganará la gracia y voluntad de su amado, pero irá muy amparada y segura de sus tres enemigos ». ¹⁸⁰

Quae sequuntur non sunt nisi applicationes harum notionum. Quoad nostram quaestionem refert, clarius usque apparet relatio ad Christum qui est Sponsus et Dilectus cui illa forma et color vestium in anima tantopere placent et cuius voluntas unice captari potest ab anima fidem, spem et caritatem induta. Ita enim induit et ipsum Christum.

Neminem fugit liberationem animae ab inimicis: daemone, mundo et carne ope virtutum theologicarum propius attingere oeconomiam salutis in Christo qui illos totaliter profligavit et talis victoriae participes facit credentes, sperantes, amantes Eum. Verum enim vero liber Subida-Noche apparet ut immensa quaedam *cautela* contra tres inimicos animae qui gressum animae pergentis per « aspram viam crucis » ¹⁸¹ omni conatu praepedire curant. ¹⁸²

Via salutis, seu via animae ad Deum, in *Cantico Spirituali* est etiam et via crucis. Non pauci decipiuntur cogitantes doctrinam Ioannis in Cantico faciliorem aut indulgentiorem illa data in Ascensu Montis et in Nocte Obscura. Huiusmodi iudicium sustineri nequit et levitatem sapit. De facto, iam inde a prima stropha Cantici, una eademque via ac in aliis operibus percurrenda monstratur. Anima, amore Sponsi vulnerata, de Illius absentia dolet et ingeminat: ¿ *Adónde te escondiste?* Doctor Mysticus, personam Christi agens, ad rogatum nomine absentis respondet: « bueno será, pues lo pide a su Esposo, tomando la mano por él, le respondamos ». ¹⁸³ Monstrato latibulo quo Verbum Sponsus celatur, i. e. in sinu Patris et in sinu ipsius animae eam adhortatur ad vitam interiorem

más libertad » (*Tesoro de la lengua castellana o española*, Barcelona 1943, p. 477. Editio princeps erat a. 1611).

¹⁷⁹ Ad pleniorum sensum omnium quae circa hanc rem scribit Doctor Mysticus succurrit nobis modo laudatus COVARRUBIAS: *Librea*. Antiguamente solo los reyes davan vestido señalado a sus criados; y oy día en cierta manera se haze así, para ser distinguidos y diferenciados de todos los demás y porque éstos tienen muchos privilegios y libertades, se llamó aquel vestido librea » (l. c. p. 765). Anima revera accipit vestes ab ipso Deo et Christo datas et ideo omnibus iuribus, privilegiis et libertate gaudet.

¹⁸⁰ 2N, 21, 3.

¹⁸¹ 1N, 6, 7.

¹⁸² 1N, in declaratione summaria primae strophae dicitur: « ...los tres enemigos, que son mundo, demonio y carne, que son los que siempre contrarían este camino ».

¹⁸³ C 1, 6.

et intimitatis cum Patre et Filio et Spiritu Sancto ineundam. Via his thesauris interioribus inveniendis est se abscondere ut Moyses in foramine, in caverna petrae, stare supra petram: « que es en la verdadera imitación de la perfección de la vida del Hijo de Dios, Esposo del alma ». ¹⁸⁴ Et instat:

« Dicho queda, ¡oh alma!, el modo que te conviene tener para hallar al Esposo en tu escondrijo. Pero, si lo quieres volver a oír, oye una palabra llena de sustancia y verdad inaccesible: es buscarle en fe y en amor, sin querer satisfacerte de cosa, ni gustarla ni entenderla más de lo que debes saber; que esos dos son los mozos del ciego que te guiarán por donde no sabes, allá a lo escondido de Dios. Porque la fe [...] son los pies con que el alma va a Dios, y el amor es la guía que la encamina ». ¹⁸⁵

In stropha tertia asserit iter animae quaerentis Deum esse bonum operari in Deo et malum in se mortificare et instat ut anima omnibus rebus temporalibus, sensibilibus, spiritualibus quae non sunt Deus renuntiet ne impediatur « viam rectam Christi »; ¹⁸⁶ et paulo post animadvertit:

« donde es de notar que no sólo los bienes temporales y deleites corporales impiden y contradicen el camino de Dios, mas también los consuelos y deleites espirituales, si se tienen con propiedad o se buscan, impiden el camino de la cruz del Esposo Cristo ». ¹⁸⁷

Itinerarium animae quae transilit omnia creata quaerens unice Christum dilectum Sponsum signatum est signo crucis. Arma etiam quibus inimicos debellandos, qui illius profectui obstant, aggreditur sunt « oratio et crux Christi ». ¹⁸⁸

Aliis declarationibus supersedemus quae maxime confirmantur a Sancto cum verba faciens de mysterio Christi et de « latitudine, longitudine, sublimitate et profunditate » mysterii salutis easdem mensuras seu dimensiones in cruce quaerit ut significet mysterium adeo densum unice percipi et apprehendi posse per crucem, non levem sed doloribus et afflictionibus onustam:

« porque el padecer le es medio para entrar más adentro en la espesura de la deleitable sabiduría de Dios. Porque el más puro padecer trae más íntimo y puro entender, y por consiguiente más puro y subido gozar, porque es de más adentro saber ». ¹⁸⁹

¹⁸⁴ C 1, 10.

¹⁸⁵ C 1, 11.

¹⁸⁶ C 3, 4.

¹⁸⁷ C 3, 5: hic, ut supra dictum est (annotatione, 105), loco scribendi, eo in codice, vocem *crux* ponit signum crucis: « ...el camino de la + de el esposo Cristo » (ed. I. v. I, p. 51).

¹⁸⁸ C 3, 9. Iterum, ut modo dictum, habetur: « ...las armas de Dios la oracion y + de Christo » (ibid., p. 56).

¹⁸⁹ C 36, 12.

Paulo inferius clamat, intimum affectum quo laborat aperiens simulque ineffabilitatem dicendorum resonans:

« ¡ Oh, si se acabase ya de entender cómo no se puede llegar a la espesura y sabiduría de las riquezas de Dios, que son de muchas maneras, si no es entrando en la espesura del padecer de muchas maneras, poniendo en eso el alma su consolación y deseo! Y ¡ cómo el alma que de veras desea sabiduría divina, desea primero el padecer, para entrar en ella, en la espesura de la Cruz! ». ¹⁹⁰

Allegato itaque textu Pauli ad Ephesios, 3, 18-19, qui totus est de mysterio salutis in Christo concludit: « ...porque para entrar en estas riquezas de su sabiduría la puerta es la cruz, que es angosta. Y desear entrar por ella es de pocos; mas desear los deleites a que se viene por ella, es de muchos ». ¹⁹¹

Concordantia inter hanc doctrinam et illam de Monte perfectionis scandendo, de itinere nocturno sequendo, plenior excogitari nequit. Densitas crucis est via vitae. ¹⁹² Post vestigia Christi animae devotae « discurrunt, hoc est, per diversas partes et multis modis hinc inde cursitant [...], unaquaeque ea portione spiritus et status quem a Deo sortita est: idque per diversa exercitia et opera spiritualia, ad iter vitae aeternae, perfectionem videlicet evangelicam, per quam gradientes inveniunt Amatam in unione amoris post nuditatem spiritus ab omnibus rebus ». ¹⁹³ Simili pariter modo medio quieto silentio itineris nocturni « connubium divinum inter animam et Filium Dei » locum habet. ¹⁹⁴

In *Flamma amoris viva* idem fulget crucis mysterium ut unica via in oeconomia salutis. Una pericope, in qua personas spirituales vocat ad omnia sustinenda quae Christus super lignum crucis pertulit, sufficiens esto:

« ¡ Oh almas que os queréis andar seguras y consoladas en las cosas del espíritu!; si supiéredes cuánto os conviene padecer sufriendo para venir a esa seguridad y consuelo, y cómo sin esto no se puede venir a lo que el alma desea, sino antes volver atrás, en ninguna manera buscaríades consuelo ni de Dios ni de las criaturas, mas antes llevárades la cruz, y, puestos en ella querríades

¹⁹⁰ C 36, 13.

¹⁹¹ C 36, 13. CA 35, 12, perhibet paraphrasim ditioem: « porque desear entrar en espesura de sabiduría y riquezas y regalos de Dios, es de todos; mas desear entrar en la espesura de trabajos y dolores por el Hijo de Dios, es de pocos; así como muchos se querrían ver en el término, sin pasar por el camino y medio a él ».

¹⁹² CA 35, 12: « la espesura de la cruz, que es el camino de la vida, por que pocos entran ».

¹⁹³ C 25, 4

¹⁹⁴ 2N, 24, 3.

beber allí la hiel y vinagre puro, y lo habríades a grande dicha, viendo cómo, muriendo así al mundo y a vosotros mismos, vivi-riades a Dios en deleites de espíritu! ». ¹⁹⁵

Anima ergo percurrere debet viam crucis, crucem portare, in ea ad imitationem sui Sponsi omnibus rebus et maxime sibime-tipsi mori! Haec est via brevior et rector: crux! Brevior quia rec-tior, rector quia brevior.

Sermo de cruce multis durus est; ¹⁹⁶ at, « cruz a secas es linda cosa »; ¹⁹⁷ res non tantum pulchra sed et unica et necessaria in oeconomia salutis percipiendae, vivendae et perficiendae. Re enim vera sermo crucis non est nisi sermo amoris, cum amor sit salus animae; quo plures gradus amoris plures et gradus salutis. ¹⁹⁸ Ser-mo crucis et sermo amoris sunt pariter verba Dei quae spiritus et vita sunt: « quorum verborum vim et efficaciam illae percipiunt animae quae aures ad ea audienda habent: i. e. animae purae et amore captae (las almas limpias y enamoradas). Nam illae quae minime sanum palatum habent, sed saporibus aliis inhiant, nequa-quam spiritum vitamque horum verborum degustare queunt ». ¹⁹⁹

Filii Dei qui Christum revera diligunt, omnibus valedicunt il-lius amori contrariis. Fide tenentes Dei dulcedinem, saporem, pul-chritudinem, altitudinem, etc., cuncta transcendere amore ipsius tacti gustum rerum perdunt nec possunt rebus creatis adhaerere inordinate, i. e. non *pereunt* nec *perduntur* creatis inhiantes sed utique toti deficiunt et perduntur, ad Deum qui ineffabili modo eos trahit currentes et anhelantes. ²⁰⁰ Omnia quae aggre-diuntur

¹⁹⁵ L 2, 28.

¹⁹⁶ *Subida*, prólogo, 8; 2S, 7, 12. De difficultate qua et ipsi discipuli Domini laboravere in crucis dominicae, alius cuiusvis crucis culminis, sermone et facto accipiendo, vide: 2S, 19, 9.

¹⁹⁷ Ana de San José, e monasterio Segobiensi discalceatarum, refert Sanctum hortantem « a mí y a los que trataba a que fuésemos muy aficionadas a padecer por Cristo muy a solas y sin consuelo de la tierra. Y así me decía muchas veces: *Hija, no quiera otra cosa sino cruz a secas, que es linda cosa* » (Cfr. CRISÓGONO, *Vida*, ed. c., 18, p. 291, nota 88). Iudicans spiritum alius discal-ceatae invenit Doctor Mysticus eum non bonum nec verum et remedium illi medendo suggerit: « ...y pruébenla en el ejercicio de las virtudes a *secas*, mayormente en el desprecio, humildad y obediencia » (*Censura y parecer*, in ed. mea, p. 1169). Exercitium virtutum « a secas » nihil aliud quam « cruz a secas ».

¹⁹⁸ C 11, 11-13. Sanctus Augustinus strictim: « Tunc ergo erit plena iusti-tia, quando plena sanitas: tunc *plena sanitas, quando plena caritas*; plenitudo enim legis caritas: tunc autem plena caritas, quando videbimus Eum sicuti est » (De perfectione iustitiae hominis, c. 3: ML, 44, 295).

¹⁹⁹ L 1, 5-6. Cfr.: 2S, 31, 1.

²⁰⁰ Hic est sensus poematis: *por toda la hermosura*. Vide in C 29, 7-11 quid sibi velit expressio « me perderé », ubi Sanctus commentatur versum « diréis que me he perdido » et duos insequentis. Ibi optime de Christo loquitur et de amore animarum erga Eum.

unum scopum ferendum habent. Hae animae ut *signaculum super cor*, ut *signaculum super brachium* Christum posuere.²⁰¹

Institutio et scripta et oralis Sancti de via crucis et amoris optime contrahitur illo praecepto quod saepius dabat: *jamás, si quiere llegar a la posesión de Cristo, le busque sin la cruz: vel: no busque a Cristo fuera de la cruz.*^{201 bis}

Agitur semper, ut patet, de gestanda cruce ab anima fideli in illa novitate vitae acceptae a Christo qui pro ea mortuus fuit et resurrexit non amplius moriturus. Ita, mortua quia viva, viva quia mortua, viam emittitur quin aberrare possit; et, ut Sanctus dominae Juana de Pedraza, filiae spirituali carissimae, scribebat sub die 12 octobris 1589:

« como no se yerre, ¿ qué hay que acertar, sino ir por el camino llano de la ley de Dios y de la Iglesia, y sólo vivir en fe oscura y verdadera y esperanza cierta y caridad entera, y esperar allá nuestros bienes, viviendo acá como peregrinos, pobres, desterrados, huérfanos, secos, sin camino y sin nada, esperándolo allá todo? ».

Ita per viam crucis et amoris veniunt animae in possessionem omnium bonorum per Christum redemptorem humano generi apparatorum. Amor est etiam scala; gradus autem huiusmodi scalae propter Christum conscensi animam immittunt paulatim in aeternam beatitudinem qua coronantur et augentur cuncta bona messiana hisce in terris adepta.²⁰²

Animae sanctae quae amore valido hic Cristo compatiuntur, cum Christo conglorificabuntur in uno mysterio salutis, de matrimonio spirituali in Ecclesia militanti ad beatificum in triumphanti translatae. Illarum intimum desiderium ad finem Cantici Spirituallis Doctor Mysticus pandit, dicens:

« Todas estas perfecciones y disposiciones antepone la Esposa a su Amado el Hijo de Dios, con deseo de ser por él trasladada del matrimonio espiritual, a que Dios la ha querido llegar en esta Iglesia militante, al glorioso matrimonio de la triunfante, al cual sea servido llevar a todos los que invocan su nombre el dulcísimo Jesús, Esposo de las fieles almas, al cual es honra y gloria, juntamente con el Padre y el Espíritu Santo in saecula saeculorum. Amen ».²⁰³

²⁰¹ Quid spiritualiter loquendo hoc textu *Cantici Canticorum* (8, 6), quoad nostram quaestionem, contineatur vide in: 3S, 13, 2, 5; 2N, 19, 4; C 12, 8.

^{201bis} Cfr. LUCINIO, *Obras*, BAC (v. 15), 5a. ed. Madrid 1964, p. 991, 995, annotatione 39 ad finem.

²⁰² Cfr. 2N, c. 18-20.

²⁰³ C 40, 7. Perfectiones et dispositiones, de quibus initio pericopes, n. 1 numerantur et per totam stropham explanantur. Intime tangunt oeconomiam salutis, speciatim in quantum spectat liberationem ab inimicis animae.

Doctor Mysticus interpretari satagit fruitionem animarum quae in una visione Dei,²⁰⁴ seu in matrimonio beatifico cum Christo, fructibus salutis sine termino gaudebunt. Ei suppetias venit qua revelator et magister ipsemet Christus cum Ioanne in Apocalypsi loquens illique ut angelis diversarum Ecclesiarum scribat iniungens.²⁰⁵ Impossibilitate illum statum gloriosum declarandi minime fractus experientiaque et degustatione futurorum bonorum, in Ecclesia peregrinanti praelibatorum, edoctus, oculos intimius figere conatur in supernam requiem et totam rem quinque terminis concludit:

« *El primero* dice que es la aspiración del Espíritu Santo de Dios a ella y de ella a Dios. *El segundo*, la jubilación a Dios en la fruición de Dios. *El tercero*, el conocimiento de las criaturas y de la ordenación de ellas. *El cuarto*, pura y clara contemplación de la esencia divina. *El quinto*, transformación total en el inmenso amor de Dios ». ²⁰⁶

Media consideratione horum mirabilium, postquam dixit omnia haec nobis Christum adeptum fuisse,²⁰⁷ sequentem interponit exclamationem:

« ¡Oh almas criadas para estas grandezas y para ellas llamadas! ¿Qué hacéis, en qué os entretenéis? Vuestras pretensiones son bajezas y vuestras posesiones miserias. ¡Oh miserable ceguera de los ojos de vuestra alma, pues para tanta luz estáis ciegos y para tan grandes voces sordos, no viendo que en tanto que buscáis grandezas y gloria os quedáis miserables y bajos, de tantos bienes hechos ignorantes e indignos! ». ²⁰⁸

His animabus caecitate et surditate laborantibus opponi potest acies illarum quae in Christo et Ecclesia generatae utriusque delectamento sunt ac gaudio. Non possum quin expositionem Sancti exscribam. Commentans versum: *haremos las guirnaldas*, ait:

« Este versillo se entiende harto propiamente de la Iglesia y de Cristo, en el cual la Iglesia, esposa suya, habla con El, diciendo: *haremos las guirnaldas*; entendiendo por *guirnaldas* todas las al-

²⁰⁴ C 38, 1: « conviene aquí notar que, aunque estos bienes del alma los va diciendo por partes sucesivamente, todos ellos se contienen en una gloria esencial del alma ».

²⁰⁵ C 38, 6-9. Textus ex *Apocalypsi* sunt: 2, 7; 2, 10; 2, 17; 2, 26-28; 3, 5; 3, 12; 3, 21-22. Omnia haec desiderantur in CA 37. Adducuntur et textus ex Psalmis: 30, 20; 35, 9; 20, 4.

²⁰⁶ C 39, 2.

²⁰⁷ C 39, 5: « Y cómo esto sea, no hay más saber ni poder para decirlo, sino dar a entender cómo el Hijo de Dios nos alcanzó este alto estado y nos mereció este subido puesto de poder ser hijos de Dios ». Vide superius dicta de *biographia animae*.

²⁰⁸ C 39, 7.

mas santas engendradas por Cristo en la Iglesia, que cada una de ellas es como una guirnalda arreada de flores de virtudes y dones, y todas ellas juntas son una guirnalda para la cabeza del Esposo Cristo. Y también se puede entender por las hermosas guirnaldas, que por otro nombre se llaman *laureolas*, hechas también en Cristo y la Iglesia, las cuales son de tres maneras: la primera de hermosas y blancas flores de todas las vírgenes, cada una con su laureola de virginidad, y todas ellas juntas serán una laureola para poner en la cabeza del Esposo Cristo; la segunda laureola, de las resplandecientes flores de los santos doctores, y todos juntos serán una laureola para sobreponer en la de las vírgenes en la cabeza de Cristo; la tercera, de los encarnados claveles de los mártires, cada uno también con su laureola de mártir, y todos ellos juntos serán una laureola para remate de la laureola del Esposo Cristo. Con las cuales tres guirnaldas estará Cristo Esposo tan hermoso y tan gracioso de ver, que se dirá en el cielo aquello que dice la esposa en los Cantares (3, 11): *Salid, hijas de Sión, y mirad al rey Salomón con la corona con que le coronó su madre en el día de su desposorio y en el día del alegría de su corazón*». ²⁰⁹

Alibi eumdem textum biblicum de gaudio mirando quo perfunditur Christus, « este amoroso Pastor y Esposo del alma », cum animae — liberatae et ereptae e manibus sensualitatis et daemoneis — matrimonium spirituale cum Ipso ineunt, intelligens, commentatur: « llamando al alma en estas dichas palabras *su corona, su esposa y la alegría de su corazón*, trayéndola ya en sus brazos y procediendo con ella *como esposo de su tálamo* ». ²¹⁰

Haec postrema allegatio ex Ps. 18, 6, alibi adhibetur ad significandum matrimonium seu connubium *hypostaticum* naturae divinae cum natura humana in Persona Verbi. ²¹¹ Nihil mirum in

²⁰⁹ C 30, 7. In litteris ad discalceatas monasterii Beas, de Málaga y noviembre 18 de 1586, ait: « ...y veremos las riquezas ganadas en el amor puro y sendas de la vida eterna y los pasos hermosos que dan en Cristo, cuyos deleites y corona son sus esposas: cosa digna de no andar por el suelo rodando, sino de ser tomada en las manos de los ángeles y serafines, y con reverencia y aprecio la pongan en la cabeza de su Señor ».

²¹⁰ C 22, 1.

²¹¹ *Romances*, 9: *del nacimiento*:

Ya que era llegado el tiempo
 en que de nacer había,
 así como desposado
 de su tálamo salía,
 abrazado con su esposa,
 que en sus brazos la traía,
 al cual la graciosa Madre
 en un pesebre ponía,
 entre unos animales
 que a la sazón allí había.
 Los hombres decían cantares,
 los ángeles melodía,
 festejando *el desposorio*
 que entre tales dos había.

Sancto qui extollit relationem intercedentem inter unionem hypostaticam et unionem animarum cum Deo his verbis memoriter tenendis:

« La *pedra* que aquí dice,²¹² según dice San Pablo, *es Cristo*.²¹³ Las *subidas cavernas* de esta *pedra* son los subidos y altos y profundos misterios de sabiduría de Dios que hay en Cristo sobre la unión hipostática de la naturaleza humana con el Verbo divino, y en la correspondencia que hay a ésta de la unión de los hombres en Dios, y en las conveniencias de justicia y misericordia de Dios sobre la salud del género humano en manifestación de sus juicios ». ²¹⁴

Ingressus perfectus in mysteria huiusmodi *Petrae* perficietur transformatione beatifica in Christum Deum et Hominem. ²¹⁵

* * *

Adumbratione nostra ad finem accedente, Beatissima Virgo Maria affulget. Eius memoria hic plano pede ingreditur. Nulla enim creatura altius Ea mysterium salutis participavit, nec ordinem hypostaticum propius attingit, nec cordi Christi maius gaudium attulit, nec capiti Christi Filii sui corona fulgentior imposita, quae ceteras coronas virginum, doctorum martyrumque superans splendiores reddit. Nulla alia creatura utilior fuit Ecclesiae ²¹⁶, ipsius enim vita inclita cunctas illustrat ecclesias.

Non pauca docet nos Sanctus Ioannes a Cruce de Matre Dei; quaedam, decursu huius dissertationis, tacta fuere. At, habetur pericope in Operibus Sancti cuius altitudo doctrinalis miranda prorsus. Miranda ob ea quae dicit et ob ea quae ex illis affirmationibus, absque ullo negotio, ad mentem illius doctrinae dici possunt et debent. Itaque textum inspiciamus. Doctor Mysticus loquitur de animabus in agendo et orando a Spiritu Sancto actis, et dicit:

« ... Dios solo mueve las potencias de estas almas, para aquellas obras que convienen según la voluntad y ordenación de Dios, y no se pueden mover a otras; y así, las obras y ruego de estas almas siempre tienen efecto. Tales eran las de la gloriosísima Virgen Nuestra Señora, la cual, estando desde el principio levantada a este alto estado, nunca tuvo en su alma impresa forma alguna de criatura, ni por ella se movió, sino siempre su moción fué por el Espíritu Santo ». ²¹⁷

Etiam cum de matrimonio spirituali inter Christum et animam agitur angeli ad laetitiam invitantur. Vide C 22, 1.

²¹² Interpretatur versus: y luego a las subidas — cavernas de la *pedra* nos iremos.

²¹³ 1 Cor. 10, 4.

²¹⁴ C 37, 3.

²¹⁵ C 37, 1-2.

²¹⁶ Vide in stropha aliquantulum polemica quid de utilitate amoris puri pro bono Ecclesiae: C 29, 1-4. In Virgine Maria is amor certe adfuit.

²¹⁷ 3S, 2, 10; at, lege inde a n. 7.

Hoc uno commentario adornare volumus textum. Excellentia Beatae Mariae Virginis amplissime ita proclamata confirmat principium Joannis a Cruce circa liberalitatem divinam: « *El mirar de Dios es amar y hacer mercedes* ». ²¹⁸ Cuius pondus et paraphrasim ab eo et accipiamus:

« ¿ Quién podrá decir hasta dónde llega lo que Dios engrandece un alma cuando da en agradarse de ella? No hay poderlo ni aun imaginar, porque, en fin, lo hace como Dios, para mostrar quién El es. Sólo se puede dar algo a entender por la condición que Dios tiene de ir dando más a quien más tiene, y lo que le va dando es multiplicadamente según la proporción de lo que antes el alma tiene [...]. De donde los mejores y principales bienes de su casa, esto es, de su Iglesia así militante como triunfante, acumula Dios en el que es más amigo suyo y lo ordena para más honrarle y glorificarle, así como una luz grande absorbe en sí muchas luces pequeñas ». ²¹⁹

Sanctus Ioannes a Cruce tot tantisque theologis ac scriptoribus de rebus spiritualibus coaetaneus non « de nominibus Christi » (Los Nombres de Cristo), ut eius magister Fr. Luis de León, O. S. A. (1527-1591); non « de Verbo Incarnato », nec « de Mysteriis vitae Christi » ut eximius Franciscus Suarez, S. J., (1548-1617), nec « de doloribus Iesu » (Os trabalhos de Jesus) ut Ven. Thomas a Iesu (Tomé de Jesús — de Andrada —), O. S. A., (1530-1582) disseruit. Nec schematicè quidem ordinavit proximæ vitæ spiritualis in qua magna pars daretur considerandæ vitæ, passioni, resurrectioni et ascensioni Domini, ut fecit S. Ignatius de Loyola (1491-1556) in secunda, tertia et quarta hebdomada Exercitiorum Spiritualium. Multo minus adhuc confecit opus in quo fidelibus affabre et elaborate quæ egit, docuit, passus est Christus meditanda et contemplanda proponerentur, ut fecerunt, ex. c. Fr. Luis de Granada, O. P., (1504-1588) in aureo volumine « Oración y Meditación », vel ut Ven. P. Luis de la Puente, S. J., (1554-1624) in « Meditaciones de los misterios de nuestra Fe ».

Nec propriis visionibus, locutionibus, revelationibus vel experientiis spiritualibus de Christo, ut Sancta Teresia a Iesu (1515-1582), illius et mater et filia, describendis indulsit.

Nihil horum modo vel methodo vel amplitudine quibus auctores laudati; attamen plurima de nominibus, de mysteriis, de doloribus, de meditanda et sequenda vita Christi Doctor Mysticus conscripsit moderatione ac profunditate quibus excellit cuncta perfundens ac tractans. Personaliter mysterium Christi Salvatoris et eius Ecclesiae maxime vixit ea fide, spe et caritate quæ ceteros

²¹⁸ C 19, 6. Cfr. etiam C 31, 4, 8; C 32, 3,5; C 33, 5.

²¹⁹ C 33, 8.

movebat et trahebat.²²⁰ De nocte fidei diem beatitudinis invocabat; de media nocte clamabat ad meridiem. Haec est etiam loquela ecclesiologica Sancti: « Dies, inquit, qui est Deus in sua aeterna beatitudine, ubi iam dies agitur perennis, communicat et pronuntiat beatis angelis et animabus, qui iam sunt et ipsi dies, Verbum, quod est Filius Eius, ut Illum pernoscant eoque fruuntur. Nox vero quae in Ecclesia militanti fides est, ubi adhuc nox est, indicat scientiam Ecclesiae et consequenter cuilibet animae, quae etiam illi nox est cum necdum clara ac beatifica sapientia fruatur et in fidei praesentia luce sua naturali privata est ».²²¹

Quae assequi potuit de mysterio salutis, scripto commendavit minima ex parte. Ut illi datum fuit, alios instituit et instituere pergit circa magnum sacramentum pietatis divinae. De caecitate et hebetudine tot animarum, quae tantorum beneficiorum Dei sensu carent, maxime dolet.²²² De obligatione Deum redamandi et serviendi in animabus colenda semper sollicitus cuidam filiae spirituali adprecabatur: « Donet tibi Deus, o filia mea, semper suam sanctam gratiam, ut tota in omnibus sancto amori et obsequio illius intendas, prout teneris, siquidem in hunc solummodo finem ab illo creata et redempta es ».²²³

Non patitur animas adeo avaras ut quodammodo lamentari videantur de parva liberalitate seu generositate Dei. Et omnibus redemptis qui beneficia divina recollere tenentur hanc pulchriorem deprecationem proponit:

²²⁰ Facta id monstrantia plura numero: Cfr. ex. c., CRISÓGONO, *Vida*, ed. c., c. 10, p. 148-149; c. 14, p. 217; c. 15, p. 235; c. 17, p. 256; c. 18, p. 282, 290-292. Omnia in hac dissertatione dicta patefaciunt Christi mysterium compaginem medullamque Operum Ioannis invadere. Anima vero Sancti per eius diffunditur scripta ita ut P. Juan Evangelista, Mystici Doctoris per plurimos annos confessarius et socius, dicere potuerit ea manasse « *del trato que tenia con Dios, que se echa bien de ver que es experiencia y ejercicio, y que pasaba por él aquello que allí dice* » (BMC, 13, 385). De modo quo vel eius vultus exprimebat tempus et kalendarium liturgicum, en testificationem a Maria de Paz: « ...conoció de él amaba mucho a nuestro Señor y andaba siempre en oración, agradando a Dios, y así *le notaba que su rostro se acomodaba con las fiestas, persuadiéndose esta testigo a que según eran las fiestas y tiempo, así traía el afecto en Dios: si tiempo de Pasión de Jesucristo nuestro Señor se le echaba de ver el sentimiento que de esto traía; si de Navidad, mostraba como ternura, y así en las demás fiestas* » (BMC, 14, 45).

²²¹ 2S, 3, 5.

²²² C 32, 8-9.

²²³ A una doncella, de Segovia y febrero [1589?]. In C 1, 1, animae calcari est ad Christum Sponsum, absque mora et ceteris praetermissis, quaerendum cogitatio beneficiorum Dei: « ...conociendo, por otra parte, la gran deuda que a Dios debe en haberle criado solamente para sí, por lo cual le debe el servicio de toda su vida, y en haberla redimido solamente por sí mismo, por lo cual le debe todo el resto y respondencía del amor de su voluntad, y otros mil beneficios en que se conoce obligada a Dios desde antes que naciese... ». Cfr. C 4, 3; C 34, 4; C 39, 7; 1S, 6, 4.

« ¡ Recuérdanos tú y alumbranos, Señor mío, para que conozcamos y amemos los bienes que siempre nos tienes propuestos, y conoceremos que te moviste a hacernos mercedes y que te acordaste de nosotros! ». ²²⁴

Cuncta quae scripsit, iudicio Ecclesiae Catholicae, Apostolicae, Romanae subiecit. ²²⁵ Iudicium tantae Matris invocatum, altius et nobiliter super eius Opera descendit eum constituendo ac declarando Universalem Ecclesiae Doctorem, eius scripta vocando « codicem et scholam animae fidelis [...] quae perfectiorem vitam agredi studeat », et « christiani sensus atque Ecclesiae spiritus limpidum fontem ». ²²⁶

Ita factum est ut et ipse Ioannes a Cruce, qua sanctus Doctor ab Ecclesia militante positus fuerit ut corona et aureola fulgens super caput Christi Sponsi. ²²⁷

Quae de Beata Maria semper Virgine Doctor Mysticus scripsit, in nostra adumbratione summis omnino labiis tacta, optime concordant cum his Pauli VI verbis; quibus clausam volumus dissertationem: « ...Ecclesiam ipsam intuentes, oportet amanti animo contemplerur mirabilia, quae Deus in Sancta Matre sua est operatus. Atque cognitio verae doctrinae catholicae de Beata Maria Virgine semper subsidium erit efficax ad recte intelligendum mysterium Christi et Ecclesiae [...] In hac mortali vita perfectam Christi discipuli formam expressit, speculum fuit omnium virtutum, atque plene in suos rettulit mores beatitudines illas, quae a Christo Iesu praedicatae fuerunt. Quo fit, ut Ecclesia universa, dum multiformem suam vitam actuosamque suam navitatem explicat, a Deipara Virgine absolutissimum exemplum sumat, quo perfecte Christum imitari oporteat ». ²²⁸

P. IOSEPHUS VINCENTIUS AB EUCHARISTIA, O. C. D.

²²⁴ L 4, 10. Cfr. pariter 2N, 19, 4, ubi anima, in quarto gradu amoris posita largitatis divinae sibi conscia sequentem erumpit in precem: « ¡Ay, Dios y Señor mío! ¡Cuán muchos hay que andan a buscar en ti su consuelo y gusto y a que les concedas mercedes y dones; mas los que a ti pretenden dar gusto y darte algo a su costa, pospuesto su particular, son muy pocos porque no está la falta, Dios mío, en no nos querer tú hacer mercedes de nuevo, sino en no emplear nosotros las recibidas sólo en tu servicio, para obligarte a que nos las hagas de continuo! ».

²²⁵ *Subida*, prólogo 2; *Cántico*, prólogo, 4; *Llama*, prólogo, 1.

²²⁶ Pius XI, die 24 augusti 1926, A.A.S., 18 (1926) 380.

²²⁷ C 30, 7, et hic supra, p. 349-350.

²²⁸ *Allocutio* ad Conciliares Patres, diei 21 novembris 1964, A.A.S., 56 (1964) 1014-16.